mationē suam/maxima eidē nuꝑcat. Nō defuerūt
q̄ aux ei diuitiarūq̄ aceruos/ac multos armētox
greges siue diues ꝯiugiū postularēt:ab alijs oēs
magistrat⁹/potētia/incolumitas/vite diuturnitas/
ꝓpiciaq̄ fortuna. Qui vero alti⁹ ꝯsultiusq̄ sapie-
bāt/mores claros/generosum animū/prudētiā/sa-
pientiā atq̄ scrimoniā/deū colere ꝛ iugiter venera
ri. Proinde ad parētes versi vt magnū de eo gau
diū ipsis obtingat:vno oēs ore vnanimiq̄ exoŕāt
voto. His adhuc ꝑ domū volitātibus v̄bis/Ma
ria puule nutricis instar/ad focū solito grandiorē
resedit. Reclinat in gremio collaudatū Jesum:et
calide manus attactu nudatos refouet artus:v̄gi
neis eum vberib⁹ allactat:ꝛ tandē pauꝑculis ꝛ ne
q̄ auro neq̄ serico cōtextis pānis subrigit. Post
hec suis manib⁹ infantē in cui⁹ intuitu paulisꝑ im
morata:eundēq̄ exosculata suauiter/vt ad circūci
dendū duceref/exhibuit. Suscepto iesu domū exe
unt:quos Maria posti reclinis quoadusq̄ licuit/
nō gressibus q̄dez sed oculis secuta est:ꝛ poterat
tū ꝑfecto egredi puritas eius:sed humilitate de-
A tēta est. ¶ Ita iesus veluti imbecillis ꝛ firmo non
dū pede calcare terrā valēs/inter mortales vlnas
immortalis efferf:ꝛ vt sordid⁹/vt immūd⁹/vt in
delictis ꝓgenitus expiari ꝑducif:nō pōposa aut
lōga magnatū circū se turba:sed pauperē iesum
paupes comitant parētes. Josephq̄ pariter tre-
pido passu recuruus incedēs:ꝛ fessos pre senio ar
tus baculo sustētās (mira res) illū quē angeli ve-
nerant in celis/in terris positū/ tāgnitos paludo
sosq̄ vicos trāseuntē/hoīes sibi obuiā effecti aut
dissimulāt/aut fortassis via cedere nō dignantur.
Ceterū introgressus templū/infans medijs in fri-
gorib⁹ suꝑ algidū altare nud⁹ sistif:hac illac colla
bunt mēbra velut emortua vel lāguida/ꝛ pax ro-
boris habentia:circūplectif puer ad sacerdotis
imperiū. Porro ipse q̄ v̄a petra est/ꝑ figuratiuam
petrā ꝯterif/decerpif:ꝛ ab eo secatiōe violēta ꝑs
pellis extrahif:tūc elisi trepidant neruī ꝛ latera:
cōtrahitur caro:incise fibre copioso sanguine de
fluunt:ꝛ Iesus frigore pariter ꝛ vulnere/infans pi
as fundit lachrymas:ꝛ vagiens ꝑterea clamat:cu
ius ad vocē languidi olim sanabunt ꝛ resurgent
mortui. Dux ꝑsus si innocētiā ꝯsyderes ꝓpeccati

lū. Quāobrē o fidelis aīa/neq̄ eñ ad infideles et
incredulas mihi sermo est:qm̄ talibus obsurde-
scunt vocibus:fidelis inq̄ anima potes ne regem
tuum/ducē tuum/fratrē tuum:ꝛ si pax dico salua-
torē tuum nudū/lacerū/cruentatū/lachrymis fusuz
siccis oculis intueri? Potes ne auribus obtura- B
tis ꝛ corde duro eius miserabiles excipe plāct⁹?
Pro se siq̄dem nihil ꝑpetif hec oīa. ¶ Rependē
vicē:fac saltem quod adulatorē solere Satyricus
ait: Flet si lachrymas ꝯspexit amici. Geme igif ꝛ
plora:ꝛ agnosce in hoc v̄bo/vt circūcideref:a cer
bitatem cogita/charitatē humilitatēq̄ cōsydera
Disce amare:disce pati:disce ceruicosam humilia
re mentem. Nam q̄so q̄d plus admiratiōis hābz
aut deus flens ac gemens:aut respectu tam inesti
mabilis humilitatis/patiētie ꝛ charitatis/homū-
cio paupculus/cib⁹ ꝛ esca vermiū/futuriq̄ incert⁹
ꝑiculi:si asper/si elat⁹/durus/ingrat⁹/deo ꝯtumax
q̄ ꝑseuerat? Sz aspecta:pax eñ erat hūilitatez sa-
cris ostēdisse/nisi eā insuꝑ noībus adaugeret. Dic-
tur/vt circūcideref:nō rex/nō dn̄s/nō ꝑpotēs ali-
q̄s:sed vt circūcideref puer. O nomē humile/q̄ ꝑ
celsam tecū fers maiestatē. O immēsa sublimitas
q̄ exiguo pusilloq̄ vocabulo contineris/vt circū-
cideref puer? Audiāt hec titulox cupidi:audiant q̄
bullatis grādisonisq̄ noībus gl'iant/vt circūcide
ref puer. Deus optime q̄ cōtraria hic hoīm inso-
lētie modestia repit. Res itaq̄ ꝑcio infinita exte-
nuat noīe:nos aūt vilissima ac dedecora/ꝛ quod
deterius est/flagitia nostra ꝑclaris ac speciosis v̄bis
honestare conamur. Q, si rex veritas/nō holum
fulgor inspicif:cōpellemur exclamare illud Eccs
primū: Uanitas vanitatū ꝛ oīa vanitas. Idq̄ Per
sij: O q̄ntū est in rebus inane. Hos nēpe quos re
uerēdissimos patres ac memoratissimos dn̄os/
impatores/reges/ꝑncipes vocam⁹:si vere ꝛ ꝓprie
loq̄mur/q̄d aliud sunt q̄ spurcicie stercox saccus/fi
mus ꝛ spuma fragilis:ꝛ añ imperiū vētox leuis fu-
mus:futuriq̄z ni de⁹ auertat/gehēne incēdiū? Ast
illi quos prudētissimos sapiētissimosq̄z noīamus:
q̄ etiā vt van⁹ ille orator Gorgias/nullius rei sibi
deesse sciam arbitrant/ignorātes ꝓculdubio dicē
di sunt:in q̄bus si ꝓfunde intuearis/ignorātie plu-
rimū/sapie aūt atq̄ prudētie exiguissimū reperies
Nō vacāt oīa ꝑcurrere/oīm siq̄dē summa hec est:
nos speciositate noīm ꝛ falli ꝛ fallere. Ut circūci-
deref puer:ꝛ vere puer purus:q2 virgo:paru⁹/q2
humilis:modico satiatus ꝑ abstinētiā. Ludēs cō
tra acediā/cōcordās cōtra inuidiā/ꝛ cito dās cō-
tra auariciā/cito pacificat⁹ cōtra rācorē inueteratū
¶ Puer/ nō similis illi de quo Esa.lxv. Puer cē- C
tū annox morief. Et illi de quo Eccs.x. Ue terre
cuius rex est puer. Quin potius puer erat ingeni-
osus:ꝛ sortit⁹ aīam bonā. Saple.viij. Ut circūcide
ref puer:nō poterat ad miserabiliorē exinaniōrē
erumnis oībus:ꝛ aliene opis egentiorē etatē dei fi
lius inclinari:nota est īfantie imbecillitas/cogni-
ti dolores/agnitaq̄z discrimina. Qua de re memo
rabile extat Augustini verbum: Quis non exhor
reat ꝛ mori eligat/si ei ꝑponaf aut mors ꝑpetien-
da/aut rursus infantia? Uides q̄ sententiosa breui

tate Augustinus infantie mortē prepofuit: Ut cir-
cūcideretur puer. Appello te Hieremia: de Christo
enī in libri tui capl'o. xxxi. protulisti: Nouum inquit
creauit dñs super terram: femina circūdabit virū.
Et ecce Lucas ait: vt circūcideretur puer. An est euā
gelista ꝓphete cōtrarius? aut vir filiis aliq̄s esse ꝑt
atq̄ puer? Sed etatem sane ꝑ pueri nomen euāge
lista describit. Hieremias aūt in viro plenitudinē
insinuat gratiarū. Audiuim⁹ ꝑmū celebritatis hu
ius mysteriū / christi vicȝ circūcisionē: nois imposi
tionē videamus. Dicit enī: Uocatū est nomen ei⁹
Jesum. A quo vocatū si fortassis interrogas? In-
cūctanter respōdebit euāgelista: Quod inq̄t voca
tum est ab angelo prius q̄ in vtero conciperet. Nam si
originē credas / non decuit illud prius ab hoibus ef
ferri: sed ex quadā sublimiori excellentiori q̄ natu
ra vocatū: nō q̄dem fortuito / sed ex supme trinita-
tis ꝯsilio / nec ex tpe tm̄modo / sed eternaliter: q̄m an-
te solē ꝑmanet nomē eius: in Psalmo. Uocatum
ad futuri euētus indiciū / nō ad exaltandū ꝯformi-
te noim ḡnis sui memoriā: quēadmodū illi de q̄b⁹
Psalmista: Uocauerūt noia sua in terris suis: q̄m
vt de Joanne dicitur: Non erat in cognatione sua q̄
vocaretur hoc noie. Uocatū ⁊ recte vocatū / non vsur
patū: vt tyrannoꝝ mos est atq̄ ambitiosoꝝ: diui-
na noia vt penitus indebita temeraria ꝑsumptio
ne vsurpantiū: quales in gentiū populis q̄pluri-
mos legimus: ⁊ nō tam lr̄is q̄ ꝑiculis ⁊ damnis
D nostris experimur. Uocatū: ideo est institutū ¶ Nā
sanctificauit sctōs suos. Sophonie. iij. Et quos
vocauit hos ⁊ iustificauit: ad Romanos. viij. Uo
catū est: nomē vtiq̄ nouum quod os dñi noīauit.
Esa. lxij. Sanctū ⁊ terribile / laudabile ⁊ excelsum /
admirabile in vniuersa terra. In primis nomen
sctm̄ summis etiam imperatorib⁹ adorādū: quod
nec demonū obstinata ꝑtinacitas / nec ꝑniciosissi
me secte ꝑniciosissimus autor Mahometus ausi
sunt violare nomen angelica ꝑcellens noīa / eos
magis seraphin appellans / magis cherubin seu
dominationes / thronos / ꝟtutes / potestates / hoc ex
cellentius est atq̄ ꝑclarius. Mihi nō credis? Au-
di apl'm: Dedit illi deus nomē / quod est sup omne
nomē: ad Philipp. ij. ⁊ ad Hebre. i. Tanto inquit
apostolus melior angelis effectus / quāto differen
tius pre illis nomē hereditauit. Nomen preterea
quod nulla vnq̄ ꝑsequentiū ⁊ toto malignitatis
impetu sevientiū tyrannoꝝ atroꝝ rabies ⁊ impijs-
sima crudelitas deijcere potuit / obruere vel delere
q̄m turris fortissima nomen dei. Prouerb. xviij. ⁊
bonum nomen ꝑmanebit: Eccli. xli. At ecōtra no-
men impioꝝ putrescet. Prouerb. x. Nomen ad ex
tremū in quo surreximus ⁊ in quo erecti sumus in
christo / nomen eius. Placet hic Origenis ꝑcon-
tatio. Cuius eius? placet ⁊ eius responsio illius q̄
in excelsis sine matre / ⁊ in terris s̄m corꝑis suscepti
onē in sinu est matris: expressa est magna in vocati-
onis modo dignitas / mira in nois qualitate effi-
cacitas / ineffabilis insuper in re vocata maiestatē
E sublimitas. ¶ Sed quod est illud nomē tante di-
gnitatis quo ad primū / tante efficacie quo ad se-
cundū / tanteq̄ sublimitatis quo ad tertiū: nondū

specialiter aptū est / q̄ network me qui vir pollutus labijs
sum: Esa. vi. Terret nō negligēda aplice tube sen
tentia: Discedat inquit ab iniq̄tate omnis qui no-
minat nomē dñi. ij. Thim. ij. Quāobrē me silente
euāgelista ipse loquatur: nomen eius iesus. Exultent
celi: ꝯtremiscat terra: cōmoueatur mare: obstupescāt
abyssi. Et audito noie Jesu / omne genu flectatur ce
lestiū / terrestriū ⁊ infernoꝝ. ad Philip. ij. Nomen
eius Jesus: expgiscimini veteres patres ⁊ inameni
limbi incole suspensis auribus quod euangelista
dicat ꝑpēdite: Nomen eius Jesus: an auditis / an
intelligitis? Intelligimus vtiq̄ ⁊ audimus: ⁊ hoc
solū nomen est quod gaudioso pectore ⁊ letis fron
tibus hucusq̄ audire meruimus. Demissos igitur
⁊ merore confusos ⁊ squalidos erigite vultus: ex
undantes lachrymis extergite oculos: ⁊ tanq̄ ad
certum vere liberationis nunciū tripudiate: gratu
lamini ⁊ psallite. Cessent erutta ex imis pectoribus
suspiria: sit gemitib⁹ finis: ⁊ tanq̄ voti compotes
effecti / celū ⁊ terram his amodo nō pulsate votis.
¶ Rorate celi ⁊c. Nomen eius Jesus. Exhilare- F
sce tu q̄ perieras miserande hō: neq̄ enī locūdius /
gratius ve nomē a seculis audire potuisti cū mise-
ria tua eq̄dem poterāt alia de deo nomina ꝑdicari /
nomē aūt Jesus nequaq̄: nam sine salute saluator
esse non pōt / nec iesus sine saluatore. Tu captiu⁹
es cōpedibus duris astrict⁹: ꝯstitutus inter tot ex-
ternoꝝ / domesticorūq̄ hostiū in te ꝯiuratoꝝ cune
os / fragilis / lassus / inscius ⁊ cecus / ꝑ vias mūdi hu
ius ꝑegrinans / vias ꝟe deuias ⁊ Dedali labyrin-
tho simillimas: ita est anfractuose sunt vie ꝑrupte
ꝑcipites ⁊ lubrice / laq̄is vbilibet ac latrūculis ob-
sesse? Nomen igitur Jesu auide audias / loquaris li
bēs / cogites semp / dicq̄ cū Ps. Deus in noie tuo
saluū me fac. Idq̄. vi. Eneidū: Eripe me his inui
cte malis. Da dextrā misero ⁊ tecū me tolle ꝑ vn-
das: Sedibus vt saltē placidis in morte q̄escam.
Nec pctōꝝ terror quo minus id agas te distrahat
Filius enī hois non venit vocare iustos / sed pctō
res. Luce. ix. Nomē eius iesus: nois huius dulce
dinē gustauerat q̄ dicebat: Exultabo in deo Jesu
meo. Abacuk. iij. ac si diceret ¶ Exultent in opib⁹ G
alij ac fructibus terre / alij in altis sed ꝑcipitibus ⁊
tremulis honoꝝ fastigijs: reliq̄ in cubilib⁹ ⁊ ebrie
tatib⁹: ego aūt exultabo in deo iesu meo. Exultēt
in reb⁹ pessimis: glient cū malefecerint: ducāt in
bonis dies suos: ⁊ sic ad inferna descēdāt: ego aūt
exultabo ⁊c. Nomē eius Jesus: o egypte ipm Jo-
seph ꝓpter frumēti in fame ꝓuisionē lingua tua
mūdi saluatorē appellasti: sic enī legitur Gene. xli.
quāto poti⁹ huic saluatoris nomē erit: q̄ nō tpalis
vt ille / sȝ spūalē adipe frumēti faciat te: In Psalmo
Josue ꝑterea nō sine magni sacri mysterio iesum
nouim⁹ appellatū: cui⁹ singula pene gesta nři iesu
figuratiua sunt: q̄ ppl'm isrl' ex horrida deserti soli-
tudine circūcisis prius filijs isrl' ⁊ triūphāns vsq̄ ad
ꝯsumatā interfectionē hostib⁹ in ꝓmissiōis terraȝ
fluentē lac ⁊ mel / ꝑm⁹ introduxit: nō poterat auto
rizatior historia / nec sensibus mysticis fecundior
nr̄eq̄ materie vicinior adduci. Sȝ ad finē ꝓperoꝛ
hac de re Origenis lingua elegāter sup Josue dis

seruit. ¶ Aliū lego iesum filiū Josedech sacerdo-
tē certe magnū: sordidis tñ vestib⁹ indutū. Zach.
iij. At iesus nr̄ tot⁹ candid⁹ est: ꝛ sacerdos ē in eter
nū. Est ali⁹ insup iesus fil⁹ Sirach vir apprime sapi
ens/sapiēsqꝫ laudator magnific⁹/nr̄o tñ incompa-
bilis: q̄ v̄ra ꝛ eterna est dei patris sapiā: q̄(vt v̄bis
illi⁹ vtar) ab initio ꝛ añ secula creata est ꝛc. Eccli.
H xxiiij. ¶ Quid multis moror: pcurre/circūgira si
ue in celo sursum/siue in terra deorsum: neqꝫ alte-
rū talē iesum/neqꝫ saluatorē repies: nō si supstitio
sa falsitas Jouem incestuosum afferat/exulem sa-
turnum/iunonē iracundā/venerē petulantē/clau-
dicantē deformēqꝫ vulcanū/ aut furentē herculē/
aut oēs deniqꝫ de q̄bus pphetico ore dictū ē: Oēs
dij gentiū demonia. Reclamabit forsitā inanis va
nitas/opponetqꝫ victoriosos pncipes ꝛ triūphis
inclytos. Sed interrogati se nō saluatores/sed ser
uos fragiles ꝛ salutis indigos/aut humilr̄ profite
bunt/aut negātes experient inuiti. Soli⁹ itaqꝫ ie-
su vox illa est. Saluator nō est pter me: Osee. xiij.
ꝛ alibi: Nō est absqꝫ me saluator. Esa. xliij. Jesus
nomē eius: iubeo te mētalib⁹ oculis circūspicere
vitā iesu: q̄nta ad infirmos cōpassio/q̄ntus salutē
iste ardor/q̄nta apud oēs benignitas/aspicies in-
numeros ab eo incolumitati: ꝛ quod stupēdū ma
gis est/quosdā vite restitutos: v̄tus eni de illo exi-
bat/ꝛ sanabat oēs: Luc. vi. nec ipse mō sed hoc suo
noīe iesu sui successores hoc agebāt: ꝛ quod mire-
ris/puersi q̄dam ꝛ increduli. Sed tāta tanqꝫ ppo-
tēs est noīs huius platio: circūflecte te p oīa: ap-
te videbis q̄merito vocatum est nomē eius iesus.
Nomē victoriosum: alioq̄n nō portasset illud taꝫ
infracta ceruice insupabiliqꝫ pstātia corā regib⁹ et
pncipib⁹ ꝛ filijs isrl̄ vas illud electiōis Paul⁹ apl̄s
Dulcisonū pterea: alioq̄n crebra adeo repetitione
suis illud epl̄is nequaq̄ inseruisset: nec obtrūcato
I capite stupētib⁹ q̄ aderāt/ iesum ter lingua ei⁹ pal
pitās noīasset. Augustinū pterea Bernardūqꝫ le-
gim⁹ de se affirmātes/nullas oīno scpturas eis sa
pe q̄ntacūqꝫ eloquentia aut snlari grauitate polle
rēt/nisi vidissent nomē iesu ibidē inscptū: recogitā-
tes q̄m nō est aliud nomē sub celo/sub quo opteat
nos saluos fieri. Actuū. iiij. Quisqꝫ acerbissimas
scōꝝ passiōes fideli mēte ptractat/recēsetqꝫ cruci
atus eoꝝ exq̄sitissimos/q̄uos ꝛ q̄les ingeniosa ad
senciā impietas/lesaqꝫ ac irritata crudelitas exco
K gitare/infligereqꝫ potuerūt: noīs hui⁹ iesu v̄tutē
agnoscere faterique cōpellit. ¶ Quid eni dulces fe-
cit Stephano lapides: vtiqꝫ nomē iesu: nomē id p
fecto dulcia/imo expetēda eis fecit supplicia: quo
rū vel sola recordatio horrorē nobis incutit ꝛ tre-
morē vehemētē. Inde est id Act. v. Ibāt gauden-
tes a pspectu pcilij/q̄m digni habiti sunt p noīe ie
su pumelias pati. Agnosce igit ꝛ vide q̄merito
vocatū est nomē eius iesus. Mihi certe ad finē an
helāti acclamāt scti scteqꝫ oēs: ꝛ vt gl̄iosi noīs ie-
su v̄tutē in eoꝝ victorijs edisserā sollicitāt: ostētāt
quot hostiū acerbos pflict⁹/quot callidas latētes
qꝫ insidias/quot fraudes/quot laq̄os/quot discri-
mina subiugauerit eis iesus: ꝛ terga v̄tere cōpule-
rit. Grādis sane materia: ꝛ nō mō collatōi/sꝫ ingē

tib⁹ libris suffectura. ¶ Dubi⁹ pluries steti quem
potissimū loq̄rer/nūc hoc/nūc illo magnus ad se
vocib⁹ purgēte: oib⁹ idcirco valefacere sorte pari
cupiebā. Sꝫ sub vno quē legi (cuius nomē sit in li-
bro vite) nullo pacto absqꝫ ipsius memoratiōe di
uellere me potuit: q̄m apto ille sinu pectus suū ru
bricatis pūctis distinctū vt viderē admonebat: vbi
cū ppius accessissem legi hoc nomen iesus acuto
cultro/viua in pelle tenaciter insculptū herebam
cogitabūd⁹: cū por ora in tales laxauit sonos: ego
inquit ab initio fortitus aīam bonā ꝛ fide pditā ip
sam saluatori suo iesu dedere despondereqꝫ statui:
sed idipm vt reliq̄ solet bona dissuadebat ꝛ mali- L
gnis conatibus obnitebat morticinū corpus me-
um ¶ O quotiēs puulo in thalamo aīe mee iesuꝫ
introducere studui/vt suo eam solaret souereqꝫ cō
sortio/ꝛ petulās corp⁹ obstitit: quotiēs iam intro-
ductū/violēta lenonū quos induxerat irruptione
foras abire coegit: horresco dū memini: hoc ite
rea duct⁹ psilio nomē iesu mea in aīa indelebili sty
lo pscripsi. Nec hoc satis erat: q̄m etiā meo illud ī
pectore (vt cernis) exaraui: psulte id agēs vt salutē
ferꝫ hoc vexillū indomit⁹ asell⁹ me⁹/quod ē corpus
meū recalcitrās ꝛ inuit⁹ ferret: ꝛ meis īpugnatori
bus opponeret: sciētqꝫ ptes aduerse a me toto in-
dictū eis bellū: neqꝫ ampli⁹ in aliq̄ pte mei vllū ha
bituros pmerciū. Multa vi insup ptinaciqꝫ pstre-
tudine corporeū os meū edidici ad oēm hostilē stre
pitū/ad oēm insup impurā ac malesuadā vocē no
mē iesu psestiꝫ acclamare: vidisses/tūc eos aspecto
auditoqꝫ noīe iesu furere: nl̄ pter hoc habentes
quod agerēt. Porro circūdātes circūdederūt me
ꝛ estuosis illecebraꝝ facib⁹ exardescere sicut ignis
in spinis conati sūt: sꝫ in noīe dn̄i iesu/q̄r vlt⁹ sum M
in eos. ¶ Ecōtra v̄o aīa mea q̄uis nōnunq̄ aut
tētatiōis violētia aut sufferēdi tedio pene succūbe-
ret: dare quoqꝫ vellet tortorib⁹ suis victas man⁹:
ad nomē iesu viril̄r exiliebat: incēdebat animi altū
ac generosum/nobilitatisqꝫ sue cōsciū/ingenu⁹ pu
dor/fidei quoqꝫ ac poris pacti memoria/necnō p-
habite victorie acutē stimul' iterabat/stringebat/
ac tūdebat pect⁹ noīe iesu īsignitū: ꝛ īter effrenes
dissonosqꝫ ingruētiū tētationū sonitus nomē iesu
altius crebriusqꝫ audiebat. Adhuc resurgebā ala
crior tanq̄ vires mihi auditū ispectūqꝫ nomē iesu
trāsfūderet: ꝛ trāsfundebat vtiqꝫ pinde salubrit ex-
piens q̄merito vocatū ē nomē eius iesus. His po
ratis vir ille dei subticuit: mltō plus plīma audire
si vacasset locuturus. Spectabile dixerim huius vi
ri pectus: nec aliud q̄ppiā vllis vnq̄ gēmis/vllisve
monilib⁹ pciosius adornādū. Ast isti⁹ ꝛ si nō vulne
ra/v̄ba saltē studeam⁹ imitari. Cōsuescam⁹ ad oēs
ꝛ ad pmos psertim malaꝝ cupidinū introitus/loq̄
statim ac iuocare triūphale illud nomē iesu: quo
nullū aliud puersis gētibus equalr̄ formidandū. N
¶ Exclamemus vna cū Bernardo sup Missus ē.
Ueni dn̄e aufer scādala de regno tuo/quod ē aīa
mea/vt regnes tu q̄ in ea debes regnare. Uenit eni
auaricia ꝛ vēdicat sibi sedē in me: iactantia cupit
dn̄ari mihi: supbia vult mihi esse rex: luxuria dicit
ego regnabo: detractio/ira/inuidia/tractāt in me

ipso: cuius onus potissimū esse videar/resisto/re-
mitto: te esse dñm meū clamo/dico/nō habeo regē
nisi te dñm iesum. Ueni ergo dñe/disperge illos i
virtute tua: et regnabis in me: q2 tu es rex me9 et de
us meus. Hec ille. Uerbis ad extremū Hieremie
collationē absoluamus bona fide ac plena spe cū
ecclesia dicētes: In nobis es dñe et nomen sanctū
tuū atq3 gloriosum inuocatū est sup nos: ne dere-
linquas nos. Sed qui te iesum et re et noīe credim9
te saluante in nobis experiri mereamur: in psenti
per gratiā/et in futuro p gloriā: Amen.

Collatio in festo beati Ludouici.



Dominus regnauit/decorē indutus est. Scriptū est Ps. xcij. quēadmodū a reuerēdo magistro nostro hodie allegatum extitit et ab eodē preclare elegāterq3 deductū. In exordio em̄ collationis ad matrē illius qui hz in femore et in vestimēto suo scriptū: Rex regū et dñs dominantiū. Apoca. xix. recurremus si placet p impetrāda spūssci gratia/dicentes: Aue maria. Dñs regnauit ꝛc. Scribit vbi sup. Positurus collationis huius fundamēta atq3 ordinē: regnū yconomicū quod intra vos ponitur. De quo Lu. xvij. Regnū dei intra vos est. Regnū politicū quod ab extra gerit: vnde est illud (et similia) regnauit de9 sup israel. ij. Reg. viij. Regnū deificū quo deus excolit. De quo accipi pōt illud Matt. xxi. Auferet a vobis regnū dei et dabit gēti facienti fruct9 eius. Primū regnū est hois in ordine ad se ipsum. Secūdū in ordine ad primū. Tertiū in ordine ad deū. Hec aūt tria regna breuiter admodū notat Joā. Apoca. v. Fecisti inqt nos deo nostro regnū: quo ad primū: et sacerdotes quo ad secūdū: et regnabimus sup terrā: quo ad tertiū. Simile habet. j. Pet. ij. Isti regno triplici tripharia seruit9 opposita est atq3 contraria. Unde quedā est seruit9 culpabilis: cū quis est in peccatorū feditate. Qui em̄ facit peccatū/seruus est pecti. Joan. viij. Et sic a quo quis supatus est/seruus eius efficit. ij. Pet. ij. Seruitus tollerabilis cū quis est sub principū potestate. De qua Gen. xlix. Uen seruiam regi.

¶ Seruitus execrabilis dū quis est in idoloꝝ credulitate: de qua Hiere. vi. Seruietis dijs alienis qui nō dabūt vobis requiē die ac nocte. Tria hec regna in assumptis verbis nobis aspiciēda ppronunt. Primū cum pmittit dñs. Secundū cū subiungit/regnauit. Tertiū cum supaddit/decorē indutus est. Et quō dicet aliquis: decoris nole spirituale regnū intelligi posse? conuenienter vtiq3. Nā decor creature est in debita eius subiectiōe ad deū. Pulchritudo em̄ ois rei/et su9 decor est: vt sit quēadmodū conuenit ei. Sicut ait Amb. viij. metha. sue ca. vij. put recitat doctor pfundus i summa. Nihil autē magis cōuenit creature rōnali: q3 vt in finē suū pter quē facta est inflexibiliter tendat: tēdēdo inhereat/inherēdoq3 eidē seruiat. Seruire aūt deo regnare est: et vt Senece placet in de beata vita ad Galliōnē. Deo parere libertas est.

¶ Et qm̄ hui9 et alioꝝ dilucidatio inferi9 fiet post seruitutis diuisionē: tres formare intendo orōnes siue cōsyderationes brlissimi regis nostri (quantū mihi ex alto datū fuerit) cōmendatiuas. Prīa erit de ipsius regno siue dominio in ordine ad seipm. Secūda de ipsi9 regno i ordine ad primū. Tertia de ei9 decore et regno in ordine ad deū. Auditores interpretesq3 beniuolos et pios sicubi aberrauero: correctores vos habere supplex pcor. Et hoc exoratū sperans incipio. Quib9 iam verbis regiā dignitatē et dignissimā maiestatē tuā eloquar. Gloriosissime rex et regū olim decor atq3 stupor Ludouice: que nā facundia pares virtuti b9tuis laudes dabit: Sunt equidē eximij et ingētes laudū tituli quib9 fulges. Ast inter illos primū et quodāmodo pcipuū in hac esse arbitror: quod tuipsius prestātissimū obtinuisti dominiū et mētis tue regnū debitis legib9 moderasti. Qualis nēpe laus est hoiem alios posse et subiectos habere q3 plurimos si seipsum regere et sibi pesse nesciens? cū illud etiā pessimis pueniat. Istud aūt nō nisi viri boni et bñinsti. tuti est ppriū: nec refert q3 de multis quispiā triūphet: q3 multos sub iugi seruitute precipiter: si nequissimis/durissimisq3 cupiditatibus seruū et ignōminiosissimū mancipiū subijciēdū se pbuerit. Preclare siquidē a Claudiano dictū est: Si metuis/si plura cupis/si duceris ira/ seruitij/ patiētie iugum tolerabilis/iniquas interius leges: tunc oīa iure tenebis cum poteris rex esse tui. Tragicus quoq3 Seneca: nescitis cupidi regnū quo iacet loco. Et sequit: Rex est q̄ posuit metus: et diri mala pectoris: quē non ambitio impotēs/et nunq̄ stabilis vul gi fauor mouet: qui est in tuto positus loco: et oīa infra se videt: non absone ab eo quod Sapiēs ait: Melior est qui dominat animo suo/expugnatore vrbiū. Prouer. xvi. Quippe (si Senece credim9) gentes barbaras impatientesq3 alieni imperij facilius est regere q3 animū suum cōtinere et sibi tradere: quod in Alexandro magno verū fuisse idem Seneca ait: epsarū suarū li. ij. epl'a. vij. Alexander inquit oīa potius q3 affectus suos in sua habebat potestate. Et subdit: impare sibi maximū est ipeꝛium: quēadmodū non tacuit lyricus ille Horatius oda tertia. Latius regnes auidū domando spiritū q3 si lidiā remotis gradib9 iungas: et vterq3 penus seruiat vni. Unde et Ualēnus imparor adhuc virgo/triūphis frequētissimis ait: vna secū victoria gloriari q3 inimicoꝝ inquit nequissimū domini carnē meā. Est igit rex noster celeberrimis attollendus pconijs: qui seipm sua in ptāte habuit qui alio suo et carni fortit imparuit: quod ostēdere curābo si prius de hui9 regni institutiōe pauca videri mus. Nā interrogabit forsan aliqs: Quo pacto in hoie regnū ponit: cū ille sit vnus: regnū aūt nō nisi in multoꝝ hierarchica coordinatione cōsistit.

¶ Huic aūt questionis apta est solutio: si magnū doctorē Augu. in de spiritu et ala. c. xxxij. (vt cōiter ei ascribit) inspexerim9: hic regnū hois instituēs: regē in eo dicit eē volūtatē pformiter illi quod ab

Aristo.ix.metha.in trāslatione antiqua dictū habet ꝙ volūtas imperat. Pro cōsiliario aūt ponitur
ipsa intellectualis ratio: que semꝑ (vt idē philosophus ait) ad optima deprecatur. Seruos vō ⁊ subditos esse dicit ipsos sensus: qui idipm quod ꝑ rationē dictatū fuerit ⁊ ꝑ volūtatē imperatū exequātur: istud dominiū supra sensus positū est a philo
t sopho.i.politi. esse politicū ⁊ regale. ❡ Sensualis quippe appetitus si ꝑ rationē inductus sit: natus est obtēperare rationi atqꝫ voluntati: licet absqꝫ assuefactione huiꝰmōi eidē aduersetur ⁊ obuiet: prout idē philosophus dicit ⁊ experientia docet: ⁊ paulus nō tacet / dicens: Sentio aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. ad Roma.vij.
Ista est nuditas quā in Eua ⁊ Adam inobediētie peccatū intulit ⁊ trāsfudit in posteros. Reformatur autē per virtutes disciplina ⁊ assuetudine cōquisitas. Propterea quāto potentia aliqua volūtati subiecta: pluribꝰ honestis ⁊ laudabilibus informata est habitibꝰ: tanto ipsius volūtatis dominiū maius nobiliusqꝫ est. Est eñ tunc plurimū operationū domina: prout in cātoribus ⁊ artificibus ⁊ vniuersaliter in omnibꝰ que non nisi per assuefactionem adipisci cōtingit perspicimus. Enitendū idcirco est ad regni huius dilatationē faciendā: optimis ⁊ ꝙ plurimis habitibus decorari: ⁊ maxime virtuosis: quos qui plures ⁊ illustriores habet latiꝰ regnat. Estqꝫ insignior atqꝫ nobilior / ⁊ plus habens pulchritudinis ⁊ decoris. Qua in re gloriosissimū regem Ludouicū latissime ac honestissime imperasse magis constat ꝙ vt declarationem meā expostulet. Dicā tamen aliqua que mihi ex legenda sua ad manū oblata sunt per que liquidū ⁊ perspicuū erit rationē / voluntatēqꝫ in eo plenissimū super sensualitatē habuisse dominiū: ita vt nihil horridū / nihil penosum / nihil difficile volun
u tati imperāti sensualitas refutaret. ❡ Erat in monasterio regalis mōtis leprosus quidā aspectu fedus atqꝫ horribilis / liuidus ei color / confossi ⁊ cōtracti immo penitus absumpti oculi: tenuissima ꝑ raucedine vox / caput / superciliumqꝫ non pilis sed squalore et scabie obsitū / trunce nares: quas lepra iā antiquata (vt solet) depasta erat / adeo vt nil cartilaginis reliquū esset: defluebat ab eis os adusqꝫ putridus / obscenusqꝫ humor / vbiqꝫ vlcera / vbiqꝫ sanies: et (vt breui absoluā verbo) plura suo in corpore quadriduani cadaueris ꝙ hois signa erant.
Quid putas egerit rex noster cū primo suis oblatus est aspectibus? Retorsit fortasse oculos: ceruicem retroflexit / humi spuit / faciē rigauit: ⁊ signa cetera horroris ac indignationis ostēdit: minime equidē. Sed ilico corpus suum ad eū dirigens deuotissime corā eo genibus flexis stetit: ac in mensa hoc modo eidē ministrauit: manu ꝓpria carnes quas sciderat: ꝯdiens ⁊ in os eius mittēs: nec grauissimū anhelitus fetorem / nec faciei deformitatē / nec ꝙ virulentus sanguis per labia fissa distillabat exhorrescens: O profundissimā regis nostri humilitatē: nullis vnꝗ verbis ad plenū extollendā: o bene regiam eius voluntatē: cuius edicto ꝙ ꝙ durissimo serua sensualitas nō potuit resiliēdo
contraire: putasses eū non tm̄ imꝑatori terreno / sꝫ deo ministrantē: et ita sane eidē in suo paupere ministrabat. Egit ipse non inferioris tolerantie ⁊ humilitatis opus in bello vltra marino: dum cadauera cesorum vermibꝰ iam exundātia / ⁊ que tanta putredine labefacta erāt / vt nulla vix neruoꝝ compage pars parti cohereret: regijs humeris humādā deportabat. Adde ꝙ ex consuetudine sordidos pauperū pedes abluebat / adiungebatqꝫ nōnunꝗ oscula pijs lachrymis rorantia: edebat absqꝫ vllo nausee signo cibos manibꝰ eoꝝ contrectatos. Insistebat vigilijs: ieiunia multiplicabat: et culcitra vtebatur: qualem laudare solebat Attalus / vt refert Seneca: que.s. resisteret corpori: ⁊ in qua post dormitionē iacentis vestigium apparere non posset.
❡ Plurima sunt his similia q a ꝓnido rege ideo x
assidue agebantur: ne quando serua sensualitas extolleretur incōsulte: vtqꝫ malignos eius conatus aut effringeret / aut tentaret: nouerat eñ ꝙ qui delicate a puericia nutrit seruum suū: postea inueniet eū contumacē. Prouer.xix. Quis autē iste seruus noster est / nisi sensualitas noster appetitus: ingratissimus equidē ⁊ merito ꝓdiosus seruus. Nā quo plus ei indulseris / quo amplius eū sibiipsi dereliqueris: tāto immitior / eoqꝫ in ꝑniciem tuā ꝓnior constituitur. Ac perinde fit vt regnū anime in ꝑuersissimam dilabatur tyrannidē / dum volūtas serua efficitur: et obsequitur miserabiliter sensualitatis imperio: quod heu in ꝙplurimis plus ꝙ satis experimēto cognitū est: ⁊ a Seneca cōmemoratū epistolaꝝ suarū li.ij. epla.viij. Volūtas itaqꝫ cū circa moderandos sensuū imperꝰ lenta negligensqꝫ est: vires paulatim assumūt ⁊ diuturnitatē tēporis adaugēt.
❡ Deinde velut indomiti ⁊ effrenes tauri cōtra y
būt impetus furētes: ⁊ nequaꝙ vltra ipsiꝰ volūtatis subire dignantur dominiū: sed eā veluti regē inertē torpentēqꝫ ⁊ nil viriū habentē ꝯtumaci ceruice spernūt: nec spernūt mō / sed duris ac fortibꝰ vitioꝝ catenis circūligant: eā deinceps stringūt male mulcentiū affectuum cōpedibꝰ: et vastissima tādem ac onustissima ꝯsuetudinis mole ne resurgat opprimūt: ꝙ si qñqꝫ volūtas sue nobilitatis ac generositatis ꝯscia exurgere tentet: ⁊ vim sibi faciēs indignissimū iugum satagat excutere: sepe frustra est. Nam ꝯfestim ex aduerso insilit serua sensualitas: ⁊ vinctis eā manibꝰ apphendēs ad se trahit: ⁊ contractā humi sternit: sicqꝫ inuita patitur illā quā negligenter subijt seruitutē: quēadmodū fabulosus ille equus cuiꝰ Aristo. in retho. meminit: q̄ cū per hominem frenū sibi iponi ad ceruū e pascuis depellendū permisisset: licet postmodū reniteretur: in ꝑpetua tñ seruitute ꝑmāsit. Consulit sepe rō vt voluntas ab huiꝰmōi tyrannica dñatione se subducat: vt vitā mutet / vt mores cōponat: et vt de Mirra ix. methamor. Naso ait: Scit se nō falso moneri / sed difficultate rerum exterrita aut ad hec agenda minime enititur: aut in ꝑmo conatu debilitata frāgitur: tā firmū ⁊ tenax ē ꝑuerse ꝯsuetudinis vinculū: tā graui fasce qui cꝗd āplexatur obruit. ❡ Ple z
rūqꝫ etiā rōnis vocibꝰ absurdescit volūtas ob dissonos / incōpositos ⁊ malesuadōs tumultuātium

bostiū strepitus: quos serua sensualitas patenti-
bus vndiqꝫ sensuū ianuis introduxit. Introgre-
ditur nēpe per oculos elata inflataqꝫ supbia ⁊ in-
fatiata cupiditas: per tactū feda pruriēs eneruata
qꝫ libido: subeunt vndiqꝫ vastatrices cure: q̄ ⁊ in-
numera alia improborum bostiū genera ꝙ p̄iūnū
oculos rationis aut effodiūt/ aut obtenebrāt: et in
sententiā suam ducūt. Deinceps miserā deturpāt
animā/ transfigunt/ cruētant/ deoqꝫ ⁊ bolbus abo
minabilē efficiunt: ⁊ nō iam vnius dn̄i volūtas ser
ua est: sed (vt Aug⁹ ait. iiij. de ciui.) tot dominorū
quot vitiorꝫ. Multis seruiet (inquit Seneca) q̄ cor
pori seruit/ accedit supbia et vult esse rex: auaricia
clamat: ego regnabo: gula dominari querit: luxu
ria imperare satagit. Ira/ detractio/ inuidia certāt:
cuius potissimū homo esse videat: hanc vitiorꝫ al
tercationē Persius grauiter expressit satyra. iiij.
verba eius omitto. Ceterum ꝙ miserāda prorsus
mutatio: et ꝙ acri studio/ ꝙ assidua meditatiōe do
minatio hec fugiēda est: quēadmodū inclytus rex
a se illā declinauit. ¶ Cui⁹ regnum nunꝙ occupa
B uit auaricia: nunꝙ supbie adit⁹ patuit: nunꝙ mol
les libidinū inconcessarū affect⁹ quantūcunqꝫ sub
dolos et blandos vultus p̄tenderēt/ locum repire
potuerūt: nō ire/ nō detractioni/ nō inuidie conces
sus est aliqū introitus: nec vnꝙ latrūculorꝫ istorū
aliquis de eo triūphasse aut spolia reportasse glo
riatus est: qn potius volūtas velut imperiosa dn̄a
eosdē abiecit: recogitans cū Seneca se maiorē esse
⁊ ad maiorē genitā ꝙ vt mancipiū fieret corporis
sui: ⁊ ꝙ pessima est seruitus volūtaria: quā vbi qs
male viuendo sibi imposuerit: non iam liber/ imo
nec hō/ sed bestia dicēdus est: quare illud: q: intel
lectu/ qui anthonomatice hō dictus est non vtit:
sed de grege illorū est: quos philosoph⁹ dicit esse
bestiales: vitā pecudū eligentes: quisqs se talē ex-
hibuerit/ etiā si in amplissima natus fuerit familia
seruus est: prout Cicero illa sua inattingibili facū
dia in paradoxis: paradoxa quarta ostendit. Ho
ratius flaccus etiā dominij ⁊ libertatis materiam
grauiter ⁊ eleganter executus est: in sermonū siue
satyrarꝫ suarū finali sic incipiēte: Iā dudū a stulto
vbi seruū suum Dauum secū colloquentē introdu
cit: et seruitutē dn̄i: sui cū sua cōparāt. Boetius
insup quarto de cōsolatione idipsum demōstrans
sic ait: Anhelos quos vides celso solij culmine re
ges. Purpura claros nitēte: septos tristib⁹ armis
ore toruo cōminātes: rabie cordis detrahat si qs
supbie vani tegmina cultus: iā videbit intus artas
dn̄os ferre catenas ⁊c. Hos inter seruiles reges
nō annumerand⁹ est gloriosus rex Ludouicus: q̄
p̄ut nostro in themate p̄missum est ⁊ in deductio
ne vtriūqꝫ deductū/ vere dn̄s extitit/ vere regnauit/
⁊ decorē vere libertatis indutus est. Hec de princi
D pali. ¶ Magnā semp gloriam adepti sunt ⁊ illu-
stres habiti qui rempublicā aut armis/ aut cōsilio
aut officio aliquo p̄texerūt: ⁊ qui publicos hostes
exterminare studuerūt/ ac sub iugū mittere: in illo
quippe bolm numero reponunt quos plato opti-
mos esse censuit: q̄ scꝫ se ad boles inuādos natos
existimāt: in hoc deū imitantes qui suā in ꝙpluri-
mos gaudet diffundere voluntatē: ob hoc in som
nio Scipionis (quod a cicerone compositū Ma
crobius exposuit) dictū ita habet: sic habeto om-
nibus qui patriā seruauerunt/ adiuuerūt/ auxerūt/
certum esse in celo diffinitū locum: vbi beati sem
piterno euo perfruātur. Inspiciendum in hoc est
quāta esse debet regis nostri gloria: cui semp i ani
mo voluntas/ ⁊ in opere sedulitas fuit maximā ⁊ p̄
clarissimā regni sui politiam ꝙ optimis legib⁹ gu
bernare: ⁊ infestissimos nō sui tm̄ populi/ sed toti-
us christianitatē hostes subiugare: ita vt sibi apte
cōueniat illud quod optime polire leges statuēs
Virgilius. vj. Eneidū romanis approbat: Parce
re subiectis ⁊ debellare superbos. O si illū attigis-
set prisca etas magnorꝫ actuū imitatrix: ⁊ illa pri-
or scriptorum elegans industria magno certatim
conamine in suis hesissent actibus describendis:
et totū alti sonis illustrassent versibus orbem: sibi
qꝫ potius ꝙ suo Enee maro preconiū illud ascri-
psisset: flamma super etherea natus. Singules re
ges ac imperatores singulis efferūt laudib⁹. Sed
omnes glorie ac laudis titulos in singulis oris
sparsos in hoc vno rege nostro ꝫgestos esse quis-
quis legendā suam intuebit reperiet. ¶ Eneam a C
pietate poeta optimus cōmendat: quia parentē
Anchisen e medijs surripuit flāmis. Hinc ē illud:
Sum pius eneas. Noster autē rex non ad patrem
tantūmodo (quod nature iussu agere cōpellimur)
sed ad pauperes ⁊ egrotos efficacissima pietatis
exhibuit obsequia: ita vt etiā instar Thobie ad se
peliendū mortuos sua se maiestas inclinaret. In-
sonuerat eni auribus suis illud apostoli. j. Timo.
iiij. Pietas ad oīa valet. Ideoqꝫ cū eo dicebat:
Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor. ij. ad Corint.
xj. Cicero frequēter suis in orationib⁹: et Seneca
secūdo de ira Iulij cesaris humanitatē atqꝫ cle-
mentiā erga deuotos hostes concelebrauit. Ast re
gi nostro virtus hec non defuit. Nam suis in bel-
lis edicto publico vetuit: ne saracenorū mulieres
⁊ paruuli perimerētur: ⁊ quotquot alij absqꝫ mor-
te subiugari possent/ seruarentur ad vitā. Erat eni
(vt de Moyse dicitur) vir mitissimus super omes
qui morabātur in terra. Nume. xij. similis in hoc
ipsi Dauid: qui in sua misericordia consecutus est
sedē regni. j. Machab. ij. Nam thronus regis cle
mētia roboratur. Prouer. xx. Octauiani augusti
parsimoniam in potu ⁊ cibo extollunt Valerius ⁊
Drosius: sed multū ille in hoc rege nostro inferi-
or fuit. Nam (vt multa paucis absoluā) abstinen-
tias suas non regis illas esse/ sed viri austeram re
ligionē professi reperies: non magni estimabat ꝙ
delicato cibo stercus conficeret: nec coquus ver-
mium esse volebat/ viderat quippe propter crapu
lam Holofernem capite obtruncatū: Adam e pa-
radiso eiectum: Ionathā anathemate percussum:
Noe denudatū: Loth cū filiab⁹ stupiantē: sibiqꝫ
dictū arbitrabat illud Prouer. xxxi. Noli regib⁹
o Lamuel/ noli regibus dare vinū: q: nullū secre-
tū vbi regnat ebrietas. ¶ Refert p̄terea Macro- D
bius in saturnalib⁹ eundē Augustū tante familia-
ritatis ciuib⁹ extitisse: vt nullū se ad cenā inuitātī

refutaret. Tāte insup būilitatis eū dicit Orosius
vt edicto publico vetauerit se dn̄m appellari. Cō-
stat autē in nullo vnq̄ꝙ̄ in rege nostro ꝓfundio-
rem fuisse humilitatē atq̄ familiaritatē. Quid cū
ceteris eū egisse putes? qui cū leprosis ⁊ abiectissi
mis sui regni cibū capiebat? Uisus est inde sepe
dicere illā Dauid vocē: ex ima humilitatis offici-
na erutā: vilior fiam plus q̄ factus sum: ⁊ ero hu-
milis in oculis meis/ et cū ancillis gloriosior ap-
parebo. ij. Regū. vi. Secutus quoq̄ in hoc est sa
pientis documentū. Ecc. xxxij. Rectorē te posue-
runt/ esto in illis quasi vnus ex ipsis. Et illud eius
dē. iij. Quanto maior es/ humilia te in oībus. Re
guli Attilij fidē integerrimā historici oēs admirā
tur: qui ne iusiurandum violaret: ad infestissimos
hostes remeauit intrepidus. Qualis autē in hoc
estimādus est gloriosissim⁹ rex noster: qui nō soluz
violare nomē dei noluit/ imo nec ad illud iurandū
ꝑ truculētissimos ⁊ atrocissimos hostes quōlibet
potuit induci. Tantū inquit horreo verbū de ne-
ganda fide etiā sub ꝯditione audire: ꝙ non possem
illud exprimere sono vocis. Multū illi in aīo et in
E vsu erat dogmata illud christi: Sit sermo vr̄ ē est
nō non. ¶ Nihilominꝰ a veritate aut ꝓmissis q̄n
ea custodiret nequaq̄ poterat abduci: sciēs ꝙ mi-
sericordia ⁊ veritas custodiunt regē. Prouer. xx.
Duos decios fautēs populis cōstat morti spon-
tanee se deuouisse: vt ⁊ eoꝝ exercitus saluaret̄: atq̄
rex noster ꝓ suo exercitu carceri et nō multominꝰ
morti formidabili ⁊ mortis periculo seipsuz obtu-
lit. Dū eīn captus est in fugā verti poterat: sed eū
sui amor exercitus detinuit: quē si ipse fugeret/ pe
rimendū esse formidabat. Scipionis africani ꝯti-
nentissimā castitatē extollit Ualeriꝰ ⁊ Franciscus
petrarcha i de viris illustribꝰ: hic deuicta cartha-
gine hispanā virginē speciosissimā celtiberoꝝ pri
cipi desposatā/ licet captiua esset/ intactā restituit.
Hec ṽo castitatis virtus nostro in rege supeminē
ter effulsit: vsq̄ adeo vt si nō esset habenda proles
que ex mote successura esset in regnū: absq̄ vxore
⁊ cū virginitate (vt credit̄) permāsisset. Thobie ex
empla sectatus tribꝰ primis ꝯiugij noctibꝰ oratio
ni vacauit: nec vllū vnq̄ suspectū cū muliere alie-
na colloquiū/ nullūq̄ cōsortiū habuisse visus est:
nec verbū aliquod petulātie aut inbricitatis emi-
sisse. Eos insup qui talia agerent aut dicerēt nun
q̄ perpeti potuit/ quin e curia sua ꝯfestim abscede
re cogerent̄ fuit illa etate verissimū illud: Prouer.
xxij. Qui diligit cordis mundiciā ꝓpter gratiā la-
bioꝝ habebit amicū regez. Hec castitatis virtus
regē nostrū sup Dauid/ sup Salomonē/ supq̄ om
nes pene reges ⁊ principes: sup etiā famosos gen-
tium deos collocat ⁊ extollit. Ipsi nanq̄ alioꝝ vi
ctores a libidine deiecti ꝓstratiq̄ sunt. Idem Sci
pio africanus in ordine sedulus a Ualerio fuisse ꝑ-
hibet̄. Hic surgēte semp aurora capitoliū scande
F re ⁊ Jouē orare cōsueuerat: ⁊ obinde eū iouis esse
filium exorta est credulitas. ¶ Noster aūt rex nō
in aurore tm̄ ortu: sed cū ꝓpheta media nocte sur
gebat ad ꝯfitendū noī tuo dn̄e: non ad Jouē ado
randū: nihil crebrius agebat/ nilq̄ libētius: inseri

ptū se habens illud Jaco. v. Multū valet depre-
catio iusti assidua: ⁊ nunq̄d valuit cū nauem i qua
trāsfretabat scopulis illisam ⁊ ferme iam obrutā:
orationis efficacia ne periclitaret̄ effecit? Ceterū
Philippus Macedonū rex (vt Seneca in secūdo
de ira ait) iniuriaꝝ siue contumeliarū patiētia ad
tutelā regni ingens instrumentū fuit: noster rex ⁊
subditoꝝ suoꝝ et maxime infideliū irrogatas sibi
ꝯtumelias infracto īperturbatoq̄ tolerauit aīo
⁊ cū apostolis ibat gaudens: q̄m dignus erat pro
noīe iesu contumeliā pati. Actuū. v. Porro lauda
ri magis q̄ imitari solent imꝑatores illi quos Ua
lerius li. iiij. affirmat de imperio rursus ad aratrū
cōfugisse: vt Diocletianus ⁊ alij quidā: noster rex
nō ad aratrū quo ingrate telluri operā daret/ abijt
sed lōge felicius aratrū suspirabat: ⁊ quale inqui-
eo? aratrum vtiq̄ religionis quo mētis sue spūalē
agrū liberiꝰ regularis discipline sulcis exerceret.
Nā vt verba ponā Senece de Augusto cesare di-
cta: dū de dimittendo regno cogitauit: diem letissi
mū reputans quo magnitudinē suam exueret/ sa-
tisfecisset aīte votis: sed vinculū coniugale ⁊ vxo-
ris dissuasio nequaq̄ permiserūt. Hūc ergo inter
diuitiarū aceruos manentē/ pauperiorē perfectio
remq̄ dixerim q̄ multos nostri tp̄is qui summā ꝑ
fectionē in summa pauꝑtate reponētes: de pfecti-
one statuū magis disputare q̄ pfecti esse malūt: q̄
verbis amant/ colūt/ extolluntq̄ pauꝑtatē artissi-
mā: sed factis sup alioꝝ morē diuitijs inhiant: ho
G nores ambiunt/ mollibꝰ vestiunt̄/ in domibꝰ regū
sunt/ palacia struunt/ lautissime epulant̄. ¶ Hos
tu deinde pauꝑes appellas: ⁊ sunt fateor non solū
pauperes/ immo impfectissimi pauꝑes: sed nō illi
quos attollit veritas/ dicens: Beati pauꝑes spiri
tu. In hac pauꝑtate spiritus. s. humilitate pfectio
nis culmen reponit̄. In hac gloriosissimꝰ rex no-
ster assidue versatus est. Deniq̄ a iusticia Traia-
nus/ Manlius/ Torquatus/ Brutus/ innumeriq̄
alij cōmendant̄: quoꝝ tres notati nec ꝓprijs qui-
dē filijs pepercerūt: quo minus iusticiā exercerēt.
Hac in virtute rex noster inflexibiliter stetit: sciēs
q̄ ꝓpter iniusticiā regnū de gente in gentē trāsfer
tur. Ecci. x. Postremo Karolū magnū oīs chri-
stiana posteritas celebrabit: q̄ infideles populos
assiduis armis insectatus est: ⁊ christianitatē oēm
precipue francie regnū miris ⁊ insignibꝰ victorijs
decorauit. Huiꝰ ad exempla rex noster gloriosissi
mus ⁊ ad exemplū patris sui Ludouici qui de Al-
bigesio et comitatu Tolosano hereticos expulit/
bis cōtra infideles transfretauit vt eoꝝ tyrannidē
contereret: vbi famē/ sitim/ frigora/ carceres/ mor
bos ⁊ cetera q̄ in bellis plurima reperiunt̄ constā-
tissimo spū perpessus est: causam dei christianorū
q̄ oīm suam fecit: et nō inerti ocio deditus est: nō
fluxa libidine marcidus: nō intentus ludicris: non
ad extremū vino somnoq̄ sepultus: vt Maro ait.
Multa alia sunt regis nostri ꝑconia: que breuita
ti studens pretereo: nō silendū tamē arbitror ꝙ ip-
sos veri regis ⁊ equissime regnātis mores habēs
iniquas a se tyrannoꝝ conditiones penitꝰ abiecit.
Insederat quippe suo in aīo illud quinti politice:

Oportet monarchã non videri tyrannũ: sꝫ icono
micũ ⁊ regnatorẽ. ¶ Uis autẽ scire quid in omni
D politia inter regẽ et tyrannũ intersit: vide ibidem
E philosophũ/qui duodecim ⁊ amplius cõditiones
tyrannoꝝ posuit/redegitqꝫ ad tres q̃ in hoc cõple
ctunẽ metro: Pauca sciant/de se diffidant/sint ⁊
egeni. Sic rege subiectos dire tyrãne tuos. Dimit
to declarationẽ alibi ⁊c̃. Hos tyrãnoꝝ mores rex
noster nequaꝙ̃ exercuit: certũ habens qm̃ regna
cũ scelere sunt oĩbus exilijs grauiora: vt Seneca
in tragedijs ait. An aliq̃n de subditoꝝ egestate le
tatus est q̃ elemosynis frequentissimis eoꝝ releua
bat inopiã: nec ꝓ operibus pietatis aut captiuis
redimẽdis ab eis quicꝙ̃ petere cõsueuerat: aut dif
fidia in eis ⁊ discordias oriri cupiebat qui in deci
dendis eoꝝ causis ⁊ eis ꝯcordandis: bis saltem in
hebdomada suã exhibebat ꝑsentiã. Preterea an
ignorantes cupiebat esse ciues suos: nullus viro
rum doctoꝝ reuerentior extitit: nullus q̃ eoꝝ ma
gis societate gauderet ⁊ cõsilio vteretẽ. Nã ⁊ fon
tem illũ scientie preclarissimũ parrhysieñ. vniuersi
tatẽ fouit semꝑ: ⁊ magnis priuilegijs vsqꝫ nũc ma
nentibus dotauit. Hec est per quã bene francorũ
reges regnant: per quã stabiliunẽ in veritate: et ꝑ
quã de christianis christianissimi sunt effecti: q̃ si
quis tam improbus aut perditus esset qui eã deso
latam esse aut optaret/aut quereret: ego eũ nõ ty
rannũ modo: sed damnabilissimũ ⁊ sceleratissimũ
tyrannũ iudicarẽ. Postremo rex noster more veri
regis amari magis q̃ metui cupiebat: ⁊ cogitabat
nõnunꝙ̃ intra se (vt opinor) illud Terentij. Errat
longe a mea sententia q̃ imperiũ credit esse grauꝰ
⁊ stabilius quod vi fit q̃ illud quod amicitia iũgi
tur. Quis igiẽ nõ videat regẽ nostꝝ vere regnasse
quis non eidẽ dicat illud .i. Regũ. xxi. grãdis au
J toritatis es ⁊ bene regis regnũ israel. Illã insuper
vocem tibi recte ascribimꝰ que ꝓ themate sũptum
pria est. Dominus regnauit: ⁊ equissime regnãtis
decorem indutus est. ¶ Hec de secũda parte.

¶ Dici nõ potest R. P. quãtus in rege nostro
decor: quãta in eodẽ mẽtis pulchritudo effulserit.
O si faciẽ eius intueri ⁊ oculos in ea figere licuis
set: deus optime q̃ formosum spectaculũ/ q̃ ex al
to splendidũ/ q̃ tranquillũ ⁊ verẽda maiestate ple
nũ radiare hinc iusticiã/temperantiã/fortitudinẽ
atqꝫ prudentiã/illic fidem/spem ⁊ charitatẽ ꝯspe
xisses: viuidus in hac mẽtis facie color: in qua nil
mortale/sed diuinũ ⁊ celeste aliquid rutilabat: nul
le ibi dolositatis ruge: nulle fuci fallacitatis syde
rei: immo sup solẽ lucidiores rationis oculi: os im
periosum/nõ humi decliue/nec mortaliũ pondere
pressum: sed ad celos erectũ ⁊ in dei laudes semꝑ
apertũ. Unde autẽ regi nostro decor iste: nisi quia
apostolo obediẽs indutus erat speciosum ꝑ filijs
hoim dominũ nostrũ iesum christũ. Imperatores
uo ac reges quantocũqꝫ virtutũ splẽdore pollere
videanẽ: absqꝫ hoc indumento deformes sunt: qꝛ
virtus vera esse nõ potest/nisi debitũ in finem qui
deus est ordineẽ. Omnis autẽ regum imperatorũ
qꝫ infideliũ turba nõ ad illũ/sed (ſm Augustinũ. v.
de ciui. dei) ad inanẽ gloriã aut ad deos falsos se

ducti reducebant: in eis idcirco nõ omnia erãt vir
tutes in specie similes cũ virtutibus nostri regis:
ac decore illo carebant: qui est debita sui operati
onũqꝫ suarũ in finem vltimũ ordinatio. ¶ Sed
nũquid in regnãdo iustum dominij titulũ obtine R
bant? ¶ Sunt qui negatiue responderẽt de quo
aliqua scripserã ⁊ dicere ꝓposueraꝫ: sed breuitas
obstat: opinor tamẽ eos q̃uis iusti non essent: ha
buisse tamẽ aliquãdo iusta sup illos imperia: sed
verũ decorem nõ induti sunt qui sue potestatis do
minationisqꝫ collatorẽ aut culpabiliter ignorauẽ S
rũt/aut culpabilius spreuerũt cognitũ. In regibꝰ
autẽ francie saluberrimus semꝑ ⁊ integerrimꝰ dei
cultus fuit. Ob hoc ait insignis doctor ⁊ summus
pontifex Gregorius in registro: epistola .v. Non
inmerito cõtigit vt cetera gentiũ regna ꝓcelleret re
gnũ francie. Quippe q̃ earundẽ gentiũ creatorẽ
⁊ pure colit ⁊ veraciter cõfitetur: ⁊ epl̃a sexta simile
scribit. Insup remigius noster remẽsis archiepi
scopus: dũ Clodoñ. misso celitꝰ chrismate bapti
zaret ꝓphetico spũ plenus: dixit ipsum francie re
gnũ regesqꝫ suos fore gloriosos ⁊ stabiles q̃diu ĩ
hac fidei ꝯfessione ꝑmanerẽt sicut ꝑmanserũt. Nã
vbi par fidei zelus/vbi illiꝰ defensio paratior: vbi
hereticantiũ vehementior cõfutatio: nulli eñ q̃ in
gallia veriorẽ synceriorẽqꝫ fidei confessionẽ repe
ries: nec ab alijs regibus totidẽ cõtra infideles ꝓ
fidei exaltatione bella ꝑpetrata sunt: bella inquã
sacerrima atqꝫ iustissima/in quibꝰ mori beatũ erat
⁊ triumphare gloriosum. Et vtinã in gentibus et
maximis regum nostroꝝ virtutibus pares in elo
q̃ntia scriptores accessissent. Gallia sane q̃q̃ dei
nutu abunde aucta famataqꝫ sit: apud oĩes tamẽ
⁊ maxime posteros clarior ⁊ quodãmodo immor
talior effulsisset: viros insup haberemus quos gre
cis ac italis aut preponere liceret/ aut opponere.
Haberemus etiã vnde mordax liuidaqꝫ emulorũ
gallicorũ insultatio posset repelli. ¶ Deinde ne T
quaꝙ̃ vendicanda semꝑ nobis forent ab externis
insignia virtutũ exẽpla: nostra quippe in promptu
essent quibus abũdaremus: neqꝫ eñ tot ꝑfulgida
viroꝝ illustrissimorũqꝫ noĩa extinxisset obliuio: nec F
memorandoꝝ tot gestoꝝ memoriã vetustas ꝯsum
psisset literis non adiutã: cũ ita in gallicis fuit fa
ctorum q̃ verboꝝ cura maior. Cum igiẽ apud om
nes francie reges intemeratus semper fidei amor
steterit: inter eos tamen vt Lucifer emicuit glori
osissimus rex noster Lodouicus: hunc ego nõ tan
tũmodo regem/sed sacerdotẽ rationabiliter posse
videor appellari: non equidẽ potestates ecclesie si
ue ordinẽ sacerdotalẽ attribuo: q̃uis in affectu sa
cerdos fuerit: q̃uis ex more sacerdotũ vnctioneꝫ/
immo celicam vnctionẽ susceperit. Sed circa id
ipsum dicam quod sentio: itaqꝫ si regere aliquẽ po
pulũ est (sicut est) eum in finẽ suum debitũ dirige
re: non videẽ quin spiritualiter subditũ sibi popu
lũ rexerit: qui ad finẽ eum spiritualẽ iugi ac sedula
intẽtione dirigebat: sicqꝫ spũalis princeps atqꝫ re
ctor mediꝰ q̃ nõnulli ꝓlatoꝝ ecclesie rex noster dici
potuit: q̃ vt res lucidior fiat/pono ante oculos ve
stros regẽ hũc beatissimũ qui heresibꝰ si q̃ñ pullu

lare inceperūt: obicē illico se ponebat: cui charissima erat ecclesie pax: pro qua nec ipsam quidē mortē perpeti recusasset: qui peccātes in deū populos plectebat seuerissima legū censura: et dei ꝙ propriarū iniuriarū vindex erat acerbior: huius studiū erat eos qui fidē sciebant et docebāt amare/honorare ac premiare: et sicut legende sue series habet: illis extirpādas euellendasq; hereses libēter potestatē tribuebat. Negociū quoq; fidei q̄si sibi desserebat faciebat oībus postpositis celeri⁹ expediri.

M Pono vobis parte ex altera vnū ex prelatis tales quales aliq̄s fuisse aliquos negari non pōt: an aliqui tales nunc sint: nō me sed experientiā interroges. Pono inquit vnū qui de spūalib⁹ ad q̄ ordinatus est nihil: de tēporalib⁹ aūt totū cogitat: qui vacat in colligendis tēporaliū sarciunculis/cumulandisq; auri ponderib⁹ qui neq; qualē fidem/neq; quales mores subditi habeant: sed quantū ab eis extorqueri possit: et quō ritant diligenter interrogat: et quod maxime ppriū est tyrannorū qui clericos odio habent: nō qualescūq; illos eciā summopere venerant qui per litiū suscitatiōes coaceruare sibi diuitias possunt: et tyrannidē iniusticiāq; suas nescio/quib⁹ ratiunculis palliare ac defendere: sed illos clericos loquor q̄ sacris literis eruditi sunt: quos ecclesiastica politia quasi mancos et inutiles si nō verbis tñ factis censet esse remouēdos: nec remuneratione quauis dignos: nimirū q; qui fidez religionēq; contēnit: vt ei⁹ doctores eiusq; defensores despiciat necesse est/exurgāt hereses/pollulent errores/oriāt scismata/infament sancti sancteq; omnes: quasi nihil ad eū spectet/dissimulat: et clames licet/et mare celo confundas/sedet/silet: nec moueri amplius potest ꝙ si dura silex vel stat marpesia cautes. Cum vo de statu sui et pomparū diminutione ei leue verbū insonuerit/atterit velociter/vere irascit: et p eo ipso degladiari paratus est: adeo illi de tota fidei subuersione ꝙ de parua tēporaliū diminutiōe cura minor. Interrogo nūcquis istorū duorū an sanctus rex vel platus talis suos subditos potius spūaliter regere dicen-

uera pstrata sunt in deserto: quales et si corpe vi
deantur esse in via dei ad celum: ipsi in amoris pe
de lubrico egyptiacam vitior ferreāq seruitutē re
uertuntur. Erubesce o anima turpitudinē tuā /in
gratitudinē tuā/miseriā tuā. Animaduerte quo p
gis: et responde: quo pergis: Respondebis(si ve
rum dixeris)ego ad infelicitatem vado: ego ad in/

teritū vado: ego nō ad deū / sed ad diabolū vado: ego dānationē meā sequor / imo ab his falsis bonis: τ iam nō bonis / quia falsis: illuc sinistrorsum rapior / pcipitor τ detrahor. Erubesce ergo retrorsum cōuertere / τ ad deū vade. Quotidianus vsus huius sacramēti (si digne fiat) miro modo promouet in via dei pedē vtrūq cognitiōis simul τ amoris. Si vero indigne / illud trahit in pcipitiū infernı: Judas in exēplū est: ita euenit vt sicut nulli pximiores fiant deo φ digne celebrantes: ita nulli obstinacius τ irreuocabilius elongant ab eo: φ q sua indignitate hec sancta (quantū in eis est) commaculant / φ talis iudiciū sibi manducat τ bibit. Hinc est ppheтica imprecatio: Fiat mēsa eoꝝ τc. Intelligit aūt de sumptione nō tm̄ sacramentali / sed etiā spirituali: qualis apud nos ecclesiasticos iugiter esse debet: quod dū non facimus / hoc facimus: vt sicut ingratiores / ita elongatiores simus a deo pre omnib⁹ hoibus. Illi soli pascha verum celebrant: soli christū euntē ad deū insequunt: soli paschalē agnū imolant / q peregrinos se deputant sup terrā: dicentes vnusq̄sq cū pphetа: Incola ego sum in terra: τ cū apostolo: Nō habemus hic manētē ciuitatē / sed futurā inqrimus: put de vnoquoq sanctoꝝ cantat nr̄a mater ecclesia: φ in hac pegrinatione solo corpe pstitutus cogitatiōe τ auiditate in illa eterna patria cōuersatus est. Et heu si ita est / si sum⁹ aduene τ pegrini: cūa cur agimus q̄si iā in portu τ ciuitate pstituti habitemus. Qua temeritate stultos viatores nōne vos bñdixerim? tū ex multis / tū nominatim ex q̄tuor. Prima stulticia φ fasciculos depmētes τ colligatiōes iniqtatᷓ sedētis sup talentū plumbi graues sicut on⁹ graue quotidie imponimus ceruicibus nostris: circūligantes nos funibus petōꝝ: nec ad penitentiā cōfugimus: q ab his tandē sola nos liberat. Secunda stulticia / φ lumina diuine legis nequaq̄ querimus aut circūferimus nobiscū p cogitando vbi τ quorsum gradiamur. Sed ad obscuras aut parꝝ lucidas humanaꝝ traditionū nebulas: nos psertim ecclesiastici oculos totos animi vertim⁹: si nō peius puertimus. Tertia stulticia / φ litigamus in hac via nostra / rixamur / belligeramus / vindictas expetimus: cursū nostrū ppterea deserētes. Hec stulticia quoq ad vim ptinet irascibilē: sicut precedens ad vim rōnalē: τ sequēs ad cōcupiscibilē. Quarta stulticia / φ cū fedis voluptatū volutabris nos plerūq totos imergimus / nec emergim⁹ p penitentiā: pcrastinantes τ pmittentes nobis celerē cursum a terra vsq ad celū: τ in ipso momento nocturni tpis in morte: sed potius timere debuimus ne tenebre nos cōprehēdant / si non opamur dū dies est. Erubescam⁹ viri pres τ frēs super his stulticijs nr̄is: pudeat nos hr̄e faciē euntiū non in paradisum / sed in infernū. Juxta quod qdā impinguatus / incrassatus / dilatat⁹ / bñ curata cute: vnꝰ epicuri de grege porcus / viso altero penitētia macilēto τ ieiuno. Heu miser indt qd agis τ vnde venis? apparet φ venias de inferno: cui ille nō minꝰ mūdialiter: τ tu indt ad infernū pgere videris. Nō sic nos sed descēdam⁹ i infernū / viuētes p pnlam τ inferni timorē τ horrorē: ne qñ penitentia illuc deturbemur morientes: a quo pcipitio τ horrendo lapsu liberet nr̄os pedes dn̄s nr̄ iesus christus: dirigens eos in viā pacis τ itinera eternitatis. Amē.

Excerptū quoddā Joānis

Gers. p modū plogi: in quo cupit antiquos doctores lectū iri posthabitis suis lucubratiūculis.

B Ene actū esset cū humana natura q cognitionis auida est: si seposita curiositate vel audiendi vel afferēdi sp aliqd noui: ipa iā bene inuēt⁹ sobria hūanitate pus vteref. Qua sup re qn dā vel non parū epl̄am vobis scripsisse memini. D Attn̄ hoc nō pōt / aut vix pōt psuaderi scholasticis psertim iunioꝝ. Delectat qppe eos / nescio quō citius vel trāscribere vel studere recenti⁹ cōpilata φ vetera: more pueroꝝ q nouos fruct⁹ licet acerbiores edūt auidius φ maturos digestos et sanos. Credant q volunt: ego vt de me loqr aliqd: qui me iā res aspicit / mallē vel (quod null⁹ ambigit) mallē debere studiosos viros dare se totos probatissimis pcedentiū doctoꝝ libris intelligēdis / φ ipos sterili ruditate opusculoꝝ meoꝝ tps atterere. Neq em̄ famā meā more holm loco psus inquietissimo iactare sic debeo. Neq opuscula mea ita velut pprios filios diligere: quēadmodū de poetis loquit Aristo. qn equo aio patiot: nihilū glie mee p nihilo reijci: vbi glia dei vera τ solida aptius augeret. Augeret aūt pti⁹ si postpositis doctrinis sublubrioꝰ meꝰ inutiliores occuparēt aliorū ingenia. Et vbi q̄so esset hūilitas sapie radix? vbi canticū illud: Soli deo honor τ gloria: si magnanimitas / τ nō iā magnanimitas / sꝫ magna malaq animositas / suā gloriā augeri in diuīe glie affectaret detrimentū. Illa vo magnanimitas est q magna opat: dicēs nihilomin⁹ cū christo: Si gloriā meā qro / gloria mea nihil est. Propterea veniat fama ppria / veniat infamia: magnanim⁹ neq̄q deflectitur ab ope / vnde de⁹ honorat τ prim⁹ edificatur. Cu⁹ oppositū in vane gloriosis euenire necesse ē: qñ fama exhilarati dilatant / infamati cōtabescūt τ desistūt. Quippe ventilogia sunt tarmdines q quauersum vento fauoris popularis agitate. Sētio tñ qd mihi hec dicēti possit opponere zel⁹: vel P fraternꝰ vel liuidus. Cur scꝫ ego vel aliqd scribo / vel scripta nō ptin⁹ lacero? vel si ita scribere τ seruare ppria vtilitas exposcit (sicut expo scit) cur ea ne foras pdeant / nō int⁹ obcludo? hoc ideo plane: qꝛ ptra domesticos taliū rex fures / nō fuit aliq mihi satis fortis sera: qn me phibente clam fere ola diripēt: incorrecta etiā τ sparsa p minutias qualia egoipse vix relegens intelligerē / vel in vnū cōpingerē: quo magis ignosci peto et obtestor: si talia ab alienis incondite corrupteq habeantur: qualia vtinā (qꝛ neq copia penes autores est: nec emendandi licentia) flāma vorax absumpsisset: aut minutatim lacerata irēt in obliuiōis eterne sepulchrū. Accedit ad hec sedulitas tum amicorū / tum quandoq emulor flagitans per se τ alios vsq ad molestum fastidiū: ea que liberet amplius inclusa

ſeruari/digeri quoqꝫ: tum demū ea ſic vel corrigere publicanda: vel abolēda dānare. Rurſum q̄m ita ſe res habet vt quorundā curioſitas adeo cupida ſit nouoꝝ (ꝗuis impariū valde veterib⁹) ꝙ vel ex cōplacentia ſumēdi/quēadmodū in cibo corporali euenit: vel ex inertia vidēdi vetera ꝓficiet eis lectio nouelloꝝ. Eligibilioꝛ vtiqꝫ erit ꝓfectus vel paucus in iſtis/ꝙ nullus in illis. Tandē quis neſciat eſſe ſicut in faciebus/ſic in a[n]imabus differētias innumeras: ⁊ guſtū ſpūalē ſicut ⁊ carnalē cōpertū eſt variari: vt quidē iſti ad nauſeā/alteri ad ſalubrē nutritionē ꝑueniat. Quis ſcit ad extremum ſi guſtatis riuulis ſtudentes/aut dulcore riuuloꝝ allecti cōiecturare de fontibus ſapidiora: aut limoſiore eorum potione faſtidiri/fontes exquirere puriores valent.

Epiſtola Joānis cancellarij Parrhyſieñ. ad Petrū epm̄ Cameraceñ.



X literis binis tue dignationis reuerēde pater ac p̄ceptoꝛ optime/palam facta ē anxietas animi tui: eo ꝙ zelus dom⁹ dn̄i ⁊ reipublice ſalus comedit te. Uere q̄cquid video inquis mihi graue eſt ⁊ pene importabile. Propterea cōmouet paruitatē meā tua dn̄atio vt de ſuaui iugo chriſti ſcribā aliqua. Sed vnde melius exordiar dimiſſo alio quolibet excuſationis exordio ꝙ a tyrānico diaboli carnis ⁊ mūdi iugo ſeuiſſimo proꝛſus ⁊ crudeliſſimo: quāꝙ inſania noſtra iudicet aliq̄n illud ſuaue ex febrili corruptione palati ſpūalis. Attamen ſalutis initium eſt cognoſcere ſe egrotū ⁊ dolere. Nā q̄ malis obtorpuit/hic nō dolet: bene habet ergo ꝙ moleſtāt te oīa que cernis: vtiqꝫ tēpoꝛalia atqꝫ moꝛtalia plena vndiqꝫ vanitatib⁹ ⁊ inſanijs falſis. Cur ita? plane vt ſuſpirabundo voto dicas cū ꝓpheta: Quis dabit mihi pēnas ſicut columbe/⁊ volabo ⁊ requieſcam? Tunc quaſi iam voti cōpos exultat ſubiungens: Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudīe. In qua ſolitudine niſi falloꝛ manſionē ⁊ nidū ſuū collocauerat: vbi ⁊ apl's cū dixit: Noſtra cōuerſatio in celis eſt: nunq̄d nō magna ſolitudo celū? nūquid non eſt deſertū? Hinc pollicet̃ dn̄s ꝑ prophetā: Edificabunt̃ in te deſerta ſeculoꝝ. In hoc deſerto nonaginta nouē oues relicte ſunt. Sed quō collocat̃ manſio in hac ſolitudine? Reſpondet eccleſia canēs de cōfeſſoꝛe aliquo ꝙ in hac peregrinatione ſolo coꝛꝑe cōſtitutus: cogitatione ⁊ auiditate in alia patria eterna cōuerſatus eſt. At vo q̄s fructus accreſcat ſic fugienti/ſic elongato? explicat ꝓpheta cū ait: Expectabam eū qui ſaluū me fecit a puſillanimitate ſpūs ⁊ tempeſtate. Dicit apoſtolus: intus timoꝛes: ecce puſillanimitatē ſpūs: ⁊ foris pugne: ecce tempeſtatē: que duo militare cōtra animā tuā ingenue fateris. Porro quid agendum ſupeſt/niſi oꝛationē fundere cū ꝓpheta ⁊ dicere quod ſequit̃: Precipita dn̄e ⁊ diuide linguas eoꝝ: ne ſcʒ elata p̄ſumptio fabricet ſibi turrim contra celigenas iuſtos de eccleſia. Cauſa ſubdit̃: Quia vidi iniq̄tatē ⁊ ꝯtradictionē in ciuitate: ⁊ cetera q̄ ſequunt̃ incōmoda. Age ergo p̄ceptoꝛ inclyte: fac quod ꝓphetā audiſti. Accipe pēnas ſicut columbe: pēnas deuote meditatiōis vt mediteris ſicut colūba: cogitās dies antiquos/⁊ ānos eternos in mēte habēs: ſic em̄ elōgabis ponēs altiſſimū refugiū tuū vt nō poſſit accedere ad te malū. Deſere ꝑ ꝯtēptū q̄cq̄d in terrenis libere pōt/hoc iā facis. Sed egrediendū eſt/nō hic ſiſtendū: ſi ablactat⁹ es ab vbere ꝯſolatiōis terrene: q̄rendus eſt cibus alius ſolidioꝛ/cibus interne deuotiōis. Deſine ab ira ⁊ derelinque furoꝛē/noli emulari: hoc eſt/ indiſcreto zelo ſuccendi. Sed iacta cogitatū tuū/ ſpē tuā/oꝛōnem tuā/auxiliū tuū in dn̄o: ⁊ ipſe ſolido cibo enutriet te. Nec iſta dixerim docendo: ſed meā inſipientiā dū tecū loquoꝛ cōmouendo ⁊ ſegniciē ſtimulādo. Prouideam⁹ ne cōtingat nobis quod pueris imbecillib⁹ ſolet: hi dū cadūt in terrā iraſcunt̃ ſibimetipſis: tundūt aliq̄n ceruicib⁹ terram: ceteraqꝫ impaciētie ſigna oſtēdūt: dolēt cecidiſſe/ſʒ nō bene dolent: dū ſibi ſueqꝫ imbecillitati q̄ſi ꝑ ſe ſufficiēs ad ſtandū eſſe debuerit iraſcunt̃. Sic nos grandiuſculi pueri ſepe agim⁹ in aduerſitatib⁹ noſtris: vt publicis ſuccēſem⁹/indignamurqꝫ nobiſipſis vel ꝓximis: ⁊ nō petim⁹ auxiliū/nec confugimus: aſpiciētes ad eū q̄ ſaluare nos debet a puſillanimitate ſpūs ⁊ tēpeſtate: quēadmodū puero ꝓſtrato auxiliū querendū eſt: nō a ſe/ſʒ a patre/matre/ductoꝛe. Audiui multos dire ⁊ digne toꝛtos et in ſemet fruſtra tabeſcētes: q2 peccādo ceciderant quos nō adduxit ad reſurgēdū de⁹. ꝙdiu verſabant̃ indignātes ꝑ ꝯſyderatiōes in luto pctī ſui ⁊ tranſgreſſiōis: q2 hoc magis ſuꝑba p̄ſumptio ꝙ hūiliatio videbat̃. Moꝝ aūt vt ꝯuertunt̃/oculos ſuos ad dn̄m tendētes manū hūiliter vt eos ſubleuaret: exauditi ſunt/ſanati ſunt/erecti ſunt. Hec ideo curſim ⁊ raptu quodā animi dixerim/ imo ꝓiecerim: deſerēs corrigēdi ſpaciū/⁊ cū lr̄is mittēs: ⁊ hoc ne tabeſcam⁹ in cōſyderatiōe maloꝝ p̄ſentiū vel iminentiū. Sed tāto vigilāti⁹ dicamus ad dn̄m cum ioſaphat: Cū ignoꝛamus/q̄d agere debeam⁹: hoc ſolū habem⁹ reſiduū/vt oculos noſtros ad te dirigam⁹: ſic ꝯſolabimur lugentes: q2 humiliabimur (vt debemus) ſub potēti manu dei: ⁊ auxiliū vnde petere ſperareqꝫ debemus/requiremus. Hoc mō ſuaue nobis fiet iugū chriſti/dulceſcetqꝫ ex ꝯſyderatione ⁊ ſpe ſalutis ſue. Hoc mō leue nobis fiet: quia totū onus ſuꝑ humeros ſue ꝓuidentie ⁊ benignitatis ⁊ miſericoꝛdie reponem⁹. Hoc mō ſentiemus experti etiā nunc quod ꝓmittit chriſt⁹ dicens: Beati qui lugent: quoniam conſolabuntur.

¶ Suꝑ quo verbo ſermonē alſ expoſui in p̄clara vniuerſitate Parrhyſieñ. ſicut nūc aliū mihi incūbentem contexere diſpoſui ſuper hoc verbo (miſere etati noſtre ſatis accōmodo ⁊ materie quā loq̄mur) Beati qui ꝑſecutionē patiunt̃ propter iuſticiam: vt nā mererer p̄ſentiam tuam p̄clare dn̄e: latioꝛ eſſet allocutio ꝑ verba ꝙ eſſe vacat per ſcp̄ta. Interim bn̄ vale: Scriptum Parrhyſ. matutino

octaua℞ btl Dionysij: cui⁹ inter cetera suadeo videre octauū capl'm de diuis noib⁹: vbi iusticiā dei defendit cōtra insultātes/ q̄ deus iustus calamitates supra ceteros semp̄ immittit. Tuus discipulus Joannes cancel. indign⁹ eccl'ie Parrhysien.

Epistola Joānis gerson cācellarij Parrhysien. ad Pe. epm Cameracen.

Si de tpali cōsolatione tecū actum est put scribis pater reuerēde ac p̄ceptor charissime: bene p̄fus ꝛ diuine tecū actū esse nullus ambiget q̄ p̄pheticā illā vocē ex intimo cognouerit. Renuit consolari ala mea Memor fui dei et delectat⁹ sum. Ablactatio siquidē a tpali delectatiōe/ initiū est/ nō dicā idoneū/ sꝫ necessariū: vt subintroducat̄ et crescat solida vera q̄ȝ delectatio: quaȝ sentiebat q̄ dixit: Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e. Et ne carnales ad eā se admitti presumerēt/ subiūxit: Quā abscondisti timentib⁹ te: illis scꝫ qui dicūt ex sentētia: Confige timore tuo carnes meas: vt aplicū illud i eis fiat: Christo confixus sum cruci. Deniqȝ si ad illud quod premissum est a p̄pheta: Memor fui dei et delectatus sum: et defecit sp̄us meus. Qualē arbitraris esse delectationē in tentione dei/ et familiari secū amplexu: q̄n sola memoria talis est/ vt deficiat sp̄us: nō vtiqȝ mala/ sed bona defectiōe. Sicut gloriabat̄ p̄pheta/ dicēs: Defecit in salutare tu
a um aia mea. ¶ Quid aūt pater hic optauerim/ q̄d vel fidēti charitate cōmonuerim: nisi vt tpales illas delectatiōes (de q̄bus actū est) nō req̄ras absentes: neqȝ rursus p̄sequaris fugientes/ aut tristeris amissas: indigne sunt plane quas tant⁹ ꝛ talis vir cū molestijs ꝛ anxietate requirat tam fugaces/ tā iāqȝ pituras: vtinā nec ad p̄ditiōȝ secū dimersuras: eos suis finib⁹ quos ad celestia capessenda/ cōtēplāda/ possidēda de⁹ ipse formauerat. ¶ Potuerat hec materia in longissimā ptrahi orōnē: sꝫ ipsa talis est q̄ a scris creberrime tā verbo q̄ scripto/ ꝛ vberrie tradita est. Propterea neqȝ de hac re amplius neqȝ de alijs ad hāc quā postulare dignaris consolationē sp̄ualē spectantib⁹/ scribere q̄cq̄ p̄sumpsi: tantū suffecerit annotasse loca quedā/ quo℞ frequens vsus et cōuersatio/ prebēt sugere mel illud celicū tanq̄ e fauis scripturarū illarū eliquatū et infusum dū premunt̄. Collocemus i p̄mis Bern. sup̄ Cātica: alterū quoqȝ subsequentē eum fere pari passu Sigibertū monachū/ dominū venerabilē Richardū de sancto Victore/ in opusculis suis omnibus/ que de cōtemplatione disertissime composuit. Augustin⁹ in cōfessionib⁹ ꝛ meditatiōibus et psalterio et sermonib⁹. Et Gregorius in homilijs. Et vt nouos attingam: Guillermus parrhysiēsis ꝛ Bonauētura/ et alij: quorum
x opa manēt. ¶ Quid aliud q̄so patres illi egerūt: nisi vt consolationē sp̄ualem quaȝ requiris sp̄reta carnali succenderēt in animis audito℞. Sic et lectiones Joānis Chrysostomi/ Cypriani/ Cassiani et Climaci/ et sanctorū patrū vite/ ꝛ legēde sanctorū: quales in ecclesiastica historia cōscribunt̄: nō nisi stimuli sunt ardentes ad calefactionem alec℞ gelicidio temporaliū cogitationū torpētis ꝛ emortue. Deniqȝ venit nup̄ ad manus meas op⁹ illud impfectū Hugonis sup̄ Ecclesiasten: deus optime quā paucis verbis totā hanc de cōtēplatiōe materiā sub tropo fumi/ flāme ꝛ carbonis exposuit. Chrysostom⁹ singularē de huius rei acq̄sitiōe tractatū cōpilauit: quē de cōpunctione cordis censuit appellandū. His interim sufficienter⁹ ac in trāsitu prepositis: assumā hāc multā ex multo amore fiduciā: v dem consiliū nō requisit⁹: imo vt alias iam datū nūc repetā: hoc est vt societatē aliquam exerceas tecū pater magnifice: que vtilis ꝛ potens sit tibi tuoqȝ statui in agendis succurrere: q̄tinus ille vnicus in terris optandus finis commodius assequatur/ q̄ est pax serena mentis: quia ve homini cui⁹ vtraqȝ cōsolatio abscōdita est ab aia eius vt nec tpalem habeat/ ꝛ careat eterna vel interna. Unus saltē esset in cōuictu familiari necessarius: qui assidue tibi legere qualia p̄diximus/ et loq̄ cū sapore sciret: vix em̄ ab insipiēte quicq̄ sapidū exprimit̄. Eū insipientē voco/ q̄ de scripturis ꝛ ear intimo sensu nihil saporis habet imbibitū. Supsunt duo rursus ex literis vestris a me q̄sita. Unū sup̄ victu ꝛ pompa p̄lato℞. Aliud sup̄ v̄bo illo: Jugum em̄ meū ꝛc. ¶ Et de isto quidē vltimo nihil y
ad presens scribo: nisi sicut pri⁹ egi/ remittēdo ad primā partē summe cōmunis de v̄tutibus. Illic pulcherrime atqȝ p̄fundissime recitant̄ rōes: quare via virtutis delectabilior est/ suauior/ quietior/ iocūdior/ et ita de silibus: q̄ aūt fiat de necessitate tribulationis virtus: ille idē tractatus cū illo de vitijs/ pluribus in locis ad hoc vehemētissime trahunt. Similiter libellus ille de duodecim fructibus tribulationis optime cōpositus. Illos videre nō pigeat. Porro q̄tū de primo attinet: nescio me habere lectionē illā/ quā nō satisfacere dicitis in hac p̄te. Propterea dicā breuissime i hac re quod scio: ꝛ quod tūc (vt opinor) dū scpsi sentiebā. Dico aūt q̄ status iste magnificus exterior apud philosophos/ reputatus est semp̄ de bonis/ que dicunt̄ indifferentia ad bonū vel ad malū moris: quoniā s̄m varietatē circūstantiarū ptrahunt vel bonitatē vel maliciā. Dico preterea/ q̄ theologia debet illustrare rationē philosophicā/ nō ecōtra: q2 q̄dā ideo iudicarent̄ recta ex dictamine rationis nō sic illustrate: que mala esse ex hac illuminatione deprehendit. Dico amplius/ q̄ si i prelatis oia cōcordarent statui illi paup̄tatis christi et suorū apostolo℞: p̄fectior esset eorū imitatio ꝛ vtilior/ q̄ sit magnificus iste status presentiū. ¶ Di- z
co ꝯsequēter/ q̄ q2 respublica vel eccl'ia nō gubernatur per s. sicut quidaȝ acute dixit: fuit expediens presupposita imbecillitate prelatorū in moribus q̄ iste decor aduēticius in ecclesia quādoqȝ seruaret̄: sicut et nūc apud multos qui nihil habent in moribus magnificū: vtinam nihil diabolicū per quod nō dico/ attraherēt plebē ad reuerentiā spiritualis dignitatis/ sed fundit⁹ euerterēt: nisi quodam exteriori splēdore tenerent̄. Dicō ad postremū q̄ si prelat⁹ etiā ista etate esset sufficiēter stabi-

unus in humilitate/et charitate replet⁹: qualē esse debere predicatorē Bernardus scribit/ sermone xvij. sup Cantica. Nullū est apud me dubiū / quin plus proficeret imitando paupertatē apostolicā/ꝙ fastum istum temporalē. Visum est hoc aliqualiter ex coniectura in magistro Joanne de vorennis: qui propter austeritatē vite populos innumerabiles aggregabat: nec estimari potest fructus ille quem ptulisset/si fuisset comes humilitas/et filia ei⁹ discretio. Deniq̧ preceptor charissime/nisi solus ꝛ secretus soli ꝛ secreto scriberē/iure inculparet me apud oēs multiloquiū istud meū: quod quasi docere videt̄ magistrū: quasi ꝓterea tu qui in statu es ꝑfectionis exercende/ statū primo introeas ꝑfectionis acquirende. ¶ Sꝫ iā vale pater reuerende et preceptor charissime/mei memor in orationibus tuis. Scriptū Parrhysius cōfestim post receptionē literaꝝ missarū. xviij. Augusti.

Reuerēdo in christo patri

ac dn̄o Petro dei gratia Cameracen̄. epo.

A R Euerende pater in christo ꝛ dn̄e prestātissime: nō nos fugit quāte subiaceremus culpe/si vestra bn̄ficia quibus nostrū corpus nūc letatur/silētio suppressa transiremus. Bn̄ficio certe suscepto (si creditur Senece) is qui suscepit ꝓfiteri debet gaudiū: et id danti facere manifestum/vt fructum presentē capiat: ꝙ si dissimulet gratias agere/nōne turpissima labe matris vitiorū omniū ingratitudine/toti mortaliū generi odibilis: depasci interius ac rodi iure existimat̄. Vestrū beneficiū nobis nuꝑ impēsum/ apud vos potius predicandū ꝙ̄ effusius referendū arbitramur: ne narratione rei optime cognite/benignas vestre paternitatis aures inimico fastidio afficiamus. Iā eñ (nisi fallimur) precurrit orōnē nostrā vester animus/omniū prudentia copiose pollēs: ꝛ de bn̄ficio nostre facultati ꝑ vos impēso/ i annectēdo officiū lectorie sacraꝝ literarū vni ꝓbende: nō tm̄ in metropolitanis eccl̄ijs/sed ꝛ suffraganeis hui⁹ regni/aliarūq̧ ꝑtiū aliquarū: nec est quod nobis dicatis dn̄i nostri pape id esse bn̄ficiū/non vestre paternitatis. Siquidē ei iubēdi autoritatem ascribim⁹: ꝛ ꝙ vestris ꝓcib⁹ olim benignus exauditor inclinauit: ingētes ei grās literis iā egimus ꝛ
B agem⁹ certe frequēter. Nihilomin⁹ nō nescimus totius bn̄ficij vos caput fuisse/vos principiū: vos finis fuistis: vt iste labor fuit. Excogitastis modū saluberrimū/quo pestib⁹ in eccl̄ie gremio indigne durātib⁹ obuiet̄: quo eccl̄ie lāguorib⁹ medeatur: ꝛ excogitatū vigilātissimo studio executioni celerrime mādari ꝓcurastis: q̄re bn̄ficiū hoc vniuersum (q̄ntūcūq̧ est) quod certe maximū est/ ꝛ vobis attribuendū iudicamus: ꝛ potiores grās deberi fatemur: q̄s si min⁹ cumulatas referamus: ne q̄sim⁹ nobis potius assignet̄: ꝙ bn̄ficiorū magnitudinē olim grās agentiū facultatē excedēt/et aciem ingenij ꝑstringēti: ꝛ certe si bn̄ nouimus vestre paternitatis solertissimā exactissimāq̧ sapientiā: nō grās expectetis q̄ vires exuperāt: sed his cōtenti estote quas gestiēti affectu: licet impares/referim⁹: satis q̧ futurū speramus: si nō rei/ tm̄ vobis ꝙ̄ nostras ꝑpas vestris cōmodis ac honorib⁹ nō defuturas pollicemur. Nosq̧ vniuersos et singulos vestris volūtatib⁹ morigeraturos spōdem⁹: altissimi ꝓpiciatio vr̄a gressus feliciter regat iuxta vota. Datū in cōgregatione nostre facultatis apud sanctum Maturinū/ sup hoc celebrata die septima mēsis nouēbris. Humiles vestri decanus ceteriq̧ magistri facultatis theologie studij Parrhysien̄.

Annotatio doctorum ali

quoꝝ/qui de contemplatione locuti sunt.

¶ Magnus Dionysius edoctus a Paulo/ primus videtur hanc theologiam speculatiue tradidisse in suo de mystica theologia. Et in alijs libris suis sepius interserit. C

¶ Venerabilis Ricardus quasi primus post eū materiā hanc ab alijs sub collaudatione vel admonitione traditā: reducit ad modum artis ꝛ doctrine l suo de arca mystica. Cuius insup scripta oīa nihil fere nisi cōtēplationē sapiūt aut resonāt

¶ Cassianus in collationibus patrum nominatim in illa de charitate.

¶ Augustinus l de vera religione et confessiōib⁹, et de diligēdo deū/et de trinitate/ac alibi pluries.

¶ Climac⁹ i suo libro de triginta gradib⁹ scale.

¶ Gregori⁹ in suis moralib⁹ sparsim/ specialiter in sexto: ꝛ in tertia homilia sup Ezechielē.

¶ Bernardus sup Cantica/et de diligendo deū, ad fratres de monte dei/et alibi.

¶ Hugo de arca Noe ꝛ de orōne: et sup Ecclesiasten/presertim in prologo: et sup celestē hierarchiam/precipue. vij. capitulo/et alibi.

¶ Bonauētura in suo itinerario/totum miro et compendiosissimo artificio complexus est: et in suo stimulo amoris.

¶ Sūt alij tractatus cōpilati a nouellis vt stimulus amoris ad Christi passionē. Et alter liber de triplici via: cuius initiū est: Vie sion lugēt. Et alius de nouo seculo/et alter de septē itineribus eternitatis. Et alter de ornatu spūaliū nuptiarū: cui⁹ tertia ꝑs suspecta ē. Scripta sunt deniq̧ aliq̄ sup hoc l vulgari/ꝛ l sermonib⁹ q̄busdā ad cleꝛ ꝛ ꝑpulis tractatib⁹: que oīa dinumerare nō nostrū est.

Sequitur illud quod pre

termissū est in impssione illi⁹ sermonis: A deo exiui: in cuius fine dicit̄: se tenuerint: ꝛ tūc sequit̄: nūc ad religiosos ꝛc̄: ꝛ finit ibi: Efficiat ꝛc. patet intuenti. ¶ Sermo iste impfectus q̄ incipit: A deo exiui: inuenit̄ in secūda pte/alphabeto. xl. P.

N Unc ad religiosos seu deuotos: q̄les esse decet christianos oēs/q̄ sūt ꝓfessi in baptismo sub vno abbate christo: quoꝝ stat⁹ respicit approꝑriatā spūssancti bonitatē/ salient iudicamus que diximus: ꝛ inferamus in christiana religione: ille sanctior est q̄ et humilior/ꝛ humilior q̄ sanctior. Hui⁹ humilitatis triplex signū est confessio/cōpassio/ꝛ volūtaria sui deiectio. De reliq̄s videat̄ deuotus Bern̄. de. xij. gradib⁹ humi-

litatis ꝛ spūs. Cōfessionē ideo posui ꝑ signo hūi-
litatis: qꝛ vix tꝑib⁹ nostris fit aliq̄ ꝯfessio pnre/nu
dex integre: vt q̄d ita? Certe ꝓpter pape largidicā
hypocrisim et amorē vanissime fame nr̄e/ q̄ timo
rē inundanū gturit: et pudorē talē q̄dē/ et ita tyrā-
nicū/ vt cogitare sit ingēs horror: ve ꝑcipitātib⁹ ꝛ
volutātib⁹ semetipsos i passiōes ignominie/ i fla-
gitia corꝑis extraordinaria: qꝛ claudūt sepius os
ad ꝯfessionē/ et mutos tradūt in infernū. Nā ꝛ so
doma interpretat̄ muta. Audiui de q̄busdā ꝙ ma
luissent tolerare dolores partus/ vel mortis eter-
ne periculo sese exponere i articlō mortis/ ꝙ aliq̄
de suis pudēdis ipudicitijs cōfiteri: nō ob defectū
fidei et incredulitatis sacramēti vt dicebāt: sed qꝛ
tāto pudore vexabant̄/ ne salubriter loq̄rent̄ corā
vno secretissimo sacerdote/ q̄ ipsi damnabiliter q̄
si palā impudēter operabant̄ cū alijs nihil celare
scientibus. Ceterū cōpassio de peccatis alioꝝ/ cer
tissimū est vere humilitatis signū: sicut econtra/
ꝓpriū est superborū alijs indignari. Uera inquit
Gregorius iusticia compassionē habet/ falsa in-
dignationē. Si quis audit vel cognoscit aliorum
pctā multa vł magna/ et inde precat̄ vindictā/ aut
gaudet de inflicta: nō secure precatur neq̄ gau-
det: quoniam ad se reuersus/ cognoscere debet se
multa punitione dignissima cōmisisse: q̄bus tamē
petit indulgeri/ nō irasci. Sic egit sanctus pater/
qui audiens peccatū fratris fleuit et dixit: ille he-
ri/ ego hodie. Idcirco vis aptā meritis vicem re-
pendere/ inquit Boetius: Dilige iure bonos/ mi
serere malis. Nouissime subiectionē seu deiectio-
nē posuimus tertiū humilitatis signū. Nā verus
humilis est/ q̄ ex vera sui cognitione sibi vilescit.
Hic se diuinis gratijs indignū computabit: hic
laudes horret ꝓprias veluti insidiatrices: tollere
ipsum volentes in altū/ vt lapsu grauiore ruat: ꝓ
pterea deijcit se iugiter in terrā sue fragilitatis: ꝑ-
ut de Antheo gigante fingit fabula: cui ex casu in
terrā sue vires augebant̄: sed in sublime leuatus/
ab Hercule strāgulatus est. Hec se in omnē crea-
turā dei peccasse fatet̄: in celū et in terrā et omnia
q̄ in his sunt: nullā ergo flagellationē ab eis reij-
cit/ nullam lesionē/ nullā iniuriā. Hec deniq̄ iudi
cia dei magna ꝛ occulta/ velut tumentes super se
fluctus expauescit: attendens quō nec fortiū bel-
lū/ nec artificū gratiā: et ꝙ de cathenis et carcere
trahitur q̄s ad regnū ꝛc̄. Et ꝙ nemo scit an amo-
re vel odio dignus sit: Eccꝭ. ix. Ad hec oīa et lon
ge diuiniora vere humilitatis monita capienda:
plus ꝓficit vnctio ꝙ lectio/ oratio ꝙ poratio/ alta
suspiria ꝙ acuta ingenia: et sup omnia/ freq̄ns
fidelꝭ et pia meditatio passionis christi/ q̄ a deo exi
uit in mundū/ vt eā in schola solā doceret. Et ho-
die dum ingredi vult ad patrem/ verbo simul ꝛ fa
cto confirmauit. Ad hoc enī lauit pedes discipu-
lorum et dixit: Exemplū do vobis ꝛc̄. Huius hu-
militatis nos participes efficiat ꝛc̄:

Rememoratio quorundā

q̄ ꝑ ꝑlatū quēlibet ꝑ pte sua nūc agēda viderent̄:
et plus subtractione durante ꝙ post vel antea.

Primo ꝯuerti debet ad dominū to- D
ta fidei deuotione: quatinus inspi-
ret que recta sunt/ et inspirata feli-
citer in actū deducat. Quia nisi do
minus edificauerit ꝛc̄. Postmodū
conuertat̄ ad consiliū humanū/ cū bonis/ pruden
tibus et literatis habendū sup mō sui regiminis
quo ad se et plebem suā/ ſm mores nūc currentes
Nam si ꝑ causis tēporalib⁹ consiliū tam sollicite
postulat̄/ imo care emit̄: quanto amplius diligen
tia in hoc oꝑe spūali sumenda est. Item videt̄ ex-
pediens/ ꝙ inquirant/ deliberēt et iudicent sic con
gregati sup ꝑuisione adhibenda/ quantū de⁹ con-
cedere dignabit̄/ in punctis sequentib⁹ q̄ tangent̄
vt det̄ sapientioribus occasio. Sciat̄ in pmnis si
cōmode vel de necessitate prelatus ipse debeat re-
sidere in sua diocesi: vel si vtilius ꝓ republica vni
uersali et sui gregis absens existat. Sciat̄ disposi-
tio domus ꝓprie: quatin⁹ ſm exigentiā redditū
numerus habeat̄/ nō excedens familiariū: sit ho-
nesta in eis in habitibus et gestibus/ ꝛ ꝑ oīa con-
uersatio: quia ꝑ eos dominorū mores iudicantur:
sint tales in quibus cōfidentia dispositionis tpa-
liū talis haberi possit: vt dn̄s ab eoꝝ sollicitudine
possit liber remanere: et vacet ad ea q̄ dei sunt.

¶ Sciat̄ dispositio curie iurisditionis sue in iudi E
cibus/ aduocatis/ ꝓcuratorib⁹/ ꝓmotorib⁹/ sigil
liferis/ tabellionibus/ clientibus/ ꝛ ceteris: vt calū
nijs innocentū/ et actionib⁹ improbis via/ q̄ntum
erit possibile/ precludat̄: ac ꝑinde bonū nomē sibi
generet prelatus apud plebē: qꝛ sic libenti⁹ et effi-
cacius in spūalib⁹ monitis audiet̄: et sup oīa vitet̄
nota oīs auaricie vel cupiditatis: alioq̄n odiosus
erit ꝛ aspernatū quicq̄d agere moliēt. Sciatur de
sententijs excōicationis in speciali/ q̄ facilitate et
leuitate fulminant̄: quod inducit damna spūalia
plurima incredibiliter/ et tandē cōtēptū oīm diui
noꝝ. Sciat̄ ad quos vsus pene pecuniarie ordinā
tur: et an ille pene sepe imponant̄/ vbi alie pena-
les ꝛ vtiliores deberēt adhiberi ſm modū ꝛ q̄nti-
tatē et emēdationē delictoꝝ. Et an applicare eas
vsib⁹ nō pijs sed ꝓprijs/ sit occasio murmurādi in
plebib⁹. ¶ Sciat̄ q̄lis est mod⁹ faciēdi iurare i v̄
bo quolibet reos interrogādos: de q̄b⁹ satis apte
ꝑsumit̄ et scit̄ ꝙ deierabūt. Nec stat̄ iuramēto eo-
rū/ sꝫ q̄stionant̄. Nūquid esset salubri⁹ ab hmōi iu
ramētis in nullo faciētib⁹ fidē et pctm̄ grauissimū
inducētib⁹ abstinere. Sciat̄ quō aliqui ꝑ iuramen
ta alioꝝ purgant̄: et an sepissime sciant̄ ꝙ deierāt:
et hoc solēniter: imo et sic purgati apud aliquos/
sicut fama est/ iterū tanq̄ rei ad certā pecunie sum
mā taxant̄ exoluendā. Attamen si rei/ cur absolu-
ti: absoluti/ cur puniri. Sciat̄ de causis motis in-
ter epm̄ et clerū vel capłm suū: quo mō celerit̄ po-
terūt terminari: ꝛ faciat in hoc prelat⁹ debitū suū
nō curando de vtilitate tpali vel iurisditionis am-
plificatiōe ꝑ pace habēda Et hoc q̄tū ſm cōsciē-
tiā posset facere cōsiliū suū/ nō aduocatorū: sed il-
loꝝ q̄ premissi sunt iudicabit. ¶ Sciat̄ de collati- F
one ordinū: vbi summa deberet adhiberi cautio q̄
liter gerit̄ specialit̄/ q̄ et q̄les assumunt̄ ad facer-

doctū: quēadmodū sine vtilitate/imo cum grandi
eccl'ie dedecore multiplicātur. Ex hoc enī p̄cipue
q̄ hec i annua nō satis obseruata ē/ p̄cesserūt mala
in eccl'ia/cōcubinariorū & feneratorū/clericorū & mer
catorū: & breui verbo hoim/dissolutissimā vitā at
q̄ p̄ditissimā/plus q̄ rurales hoīes ducentiū. Ita
vt etiā nō videat esse remediū loc⁹/p̄pter multitu
dinē iā radicatā: & hoc abs q̄ scādalo deteriori: ne
q̄ p̄ sentētias excōicationis/neq̄ p̄ aliā censuram
eccl'iasticā: nisi forte ptās secularis in auxiliū voca
ret. Sciat si q̄ simonia vel spēs simonie/ aut tur-
pis questus i hac ordinū collatione cōmittat & p̄-
uideat. Sciat post ista condecenter ordinata/q̄ de
p̄pinquo concernūt officiū pastorale: q̄n & qualit
poterit fieri visitatio diocesis: non ad questū susci
piendū/sed bono zelo & gratuito ad corrigēdū vi
tia/ad plātandū virtutes: vt sit p̄latus cū suis por
tās pacē sane doctrine & honeste cōuersationis/& il
luminās patriā: det pacē gētibus/et liberet pplm
G suū. ¶ Sciat siue p̄latus interesse poterit p̄sona-
liter siue nō: q̄les viri poterūt et debebūt ad hoc
deputari: q̄ nō tā p̄ fructu tp̄aliū q̄ p̄ zelo aiarū sci
ant/velint & possint laborare. Rōnabile tñ ē q̄ eis
honeste ministrent expēse cū grauitate alia: p̄ser-
tim ne questū aliunde a populis clā vel palā coge
rent vel inducerent accipe: & sic vituparet ministe
riū eorū tanq̄ ex auaricia deturpatū. Et hoc plane
rationabili⁹ libentiusq̄ fieri debet pro tali causa
sp̄uali q̄ p̄ tp̄alib⁹ defendēdis: p̄ quib⁹ tñ magno
p̄cio defensores emunt/locantur/atq̄ sub p̄ēsioni
bus annuis retinent: p̄ponēdi essent (ceteris pari
bus) illi de patria & clero p̄prio: nisi q̄ dicit Chri-
stus: q̄ nemo p̄pheta acceptus ē in patria. Et hoc
agit familiaris cognitio atq̄ conuict⁹. Sciat an
aliq̄s secularis theologus doctor/cū vno vel duo
bus baccalaurijs posset ad hoc agendum haberi
q̄m lōge maioris autoritatis esset vnus tal' apud
populū/q̄ sint ad p̄sens religiosi/presertim mēdi-
cantes. Et hoc inter cetera facit raritas/& ablatio
suspitionis questus. Rursus cū theologo tali ne-
cessarius esset vnus iurista practicus cū vno nota
rio: qui omnia q̄ corrigēda atq̄ reformāda reperi
rētur (nec possent i via terminari) cōscriberet. At
tamē vbi putas tales habebunt: p̄culdubio tali-
um hoīm compositorū/actiuorū & resolutorū homi-
nū ad ad agendum talia incredibilis est raritas.
Sciat p̄ visitatores (vt p̄mittit) cōstitutos ab ip̄o
etiā initio/mod⁹/tēpus & ordo sue visitationis: et
quatinus nulla suboriat in p̄cessu cōfusio/ p̄deli-
berēt quas p̄tes prius/quas posterius visitabunt
Sciat ab huiōi visitatorib⁹ seu reformatoribus
non tam inridicis q̄ pacificis: apud quales stat⁹
plus est de spe p̄ficiendi/q̄ forsan aliq̄ de clero ad
H ista se impudēter opponerēt: ¶ Quo casu tutius
esset hominibus sp̄retis cōuerti ad alios salubri-
ter admonēdos: ne p̄ijcerentur margarite añ por
cos/& daretur sanctū canibus: & audiētes hoc alij
similiter contemnerēt. Sciatur ab istis quot ville
quot monasteria/quot cure in ciuitatibus sunt vi
sitande: & premittant in omnem locum quo erunt
ipsi venturi/aliquos qui aduētum notificent: & ad
audiendū se prepararent per cessationē operū suo-
rum. Et p̄nunciēt quatinus oīs seu vir seu muli
er diligēter se examinet: si quomodocūq̄ indigeat
absolutione sup̄ casib⁹ reseruatis vel sup̄ excōmu-
nicationib⁹/vel sup̄ alijs quibuscūq̄ ad prelatus
spectātib⁹. Et sup̄ his posset haberi forma vna i
scriptis q̄ prelegeretur eis/& publicet i officio di-
uino cōgregans p̄ omnes eccl'ias. Sciat cōtinuo
in principio visitationis/ ville vel cure: qualis est
curatus/cuius status/cuius literature/cui⁹ diligē
tie: si sciat formas sacramentales baptizādi/confi
ciendi/inungēdi: q̄r certe multi sunt qui hec igno
rāt. Et ex hoc videtis/q̄ntū est periculū atq̄ scan-
dalum: q̄r nisi de⁹ misericordissime suppleat: neq̄
baptizāt neq̄ absoluūt. Et si sciāt: attamē sepe ita
precipitāter et inepte p̄nūciāt/q̄ totū corrumpit
Itē si habēt concubinas/quotiēs celebrāt/& silia
Itē sciant notare saltē in generali pctā/articulos
fidei: & alia ad que ipsi tenētur p̄ subditorū grossa
saltē instructione. ¶ Sciatur ab eodē curato de I
statu parochianorū suorū/de pctis eorū in genera-
li solū. Si qui sint excōicati. Si qui sint peccato-
res publici: vt adulteri vel vsurarij/v'l fures: quia
ea que publica sunt/possunt exponere. Itē in tē-
poralibus/qui et quales patiunt necessitates ma-
gnas/& quibus de causis: quatinus possint mise-
ricorditer releuari. Et si in casib⁹ excōmunicatio-
nis vel subuētionis tp̄alis faciēde nō possit statim
totū cōpleri: notent in registro que agenda super
hec erūt; & det termin⁹ atq̄ loc⁹ indigētibus tali-
bus p̄ subueniēdo/qualiter erit opportunū: post
q̄ ista fuerint diligenter & prudēter ad partē inq̄-
sita: debebit theologus s'm exigentiā auditorum
formare suū sermonē/grosse & palpabil'r sine curi
ositate: et solū ad correctionē morū et edificationē
virtutū: debebit etiā eos cōmonere in generalib⁹
fidei. Postmodū si aliq̄ sint qui volūt cōfiteri v'l
habere consiliū siue solamē sup̄ consciētia sua: of-
ferat se paratū ad oēs/gratis atq̄ beniuole sus-
cipiēdos/audiendos atq̄ docendos: & maneant
hic quousq̄ sati sfactū sit oīb⁹ q̄ntū erit possibi-
le fieri/vel ad tēpus assignet. Sciat diligenter de
statu mendicantiū/et de p̄dicationib⁹ & cōfessioni
bus: et fiat p̄uisio que poterit. Sciat status religi
onū tā virorū q̄ mulierū: vbi nō dubiū est q̄n mul-
ta & innumera sint reparāda/specialiter apud mu
lieres religiosas plures. Sed fiat prouisio q̄ pote
rit: & hoc magis p̄ amorosas & pias exhortatiōes
q̄ seueras punitiōes: nisi necessitas et vtilitas ma
nifestius appareant. Sciatur status beguinarū et
aliarum in conuenticulis viuentiū: quia erga ta-
les reperiuntur aliquando doctrine & superstitio
nes pestifere. Similiter apud quosdā qui p̄ here-
mitis se gerunt. Sciatur status rectorū de scho-
lis et puerorum suorum: quia p̄ certo magni sepe
defectus et abusus incredibiles fiunt: nisi debita
obseruetur disciplina. Et prouerbiū est: Adolescē
tior iuxta viam suam: et cū senuerit/ non dimittet
eam. A pueris videt incipienda eccl'ie reformatio
interim q̄ sint disciplinę susceptibiles. ¶ Sciat K
si & q̄liter possit assequi decretalis q̄ instituit: vt in

q̄libet eccl'a cathedrali fit theolog⁹ p legēdo the
ologiā: sicut Meldis nūc obseruat/vt fama ē. Et
videat si tal' melior erit scl'aris atq; canonicus q̄
mendicās. Sciat sil'r de inquisitore habendo: ⁊ si
nō autoritate ap'lica ppter subtractionē q̄ nūc est
saltē autoritate ordinaria: ⁊ tal' ex officio suo vide
tur esse ep̄i vicarius. Sed plus solito statuat vigi
lare sup his inq̄rendis ⁊ extirpādis. Sciat si reli-
giones abundantes in redditibus vel alia colle-
gia: poterūt induci ad scholares aliquos in theo-
logia parrhysius mittendos: q; multū videret ex
pediens: ⁊ decreta patrum hoc sonāt. Sciatur di
ligentissime q̄ supstitiones regnant p diocesim: et
habeat modus cōueniens eas paulatim si subito
nequeant extirpādi: ⁊ specialiter supstitiones que
publice fiunt in scandalum religionis christiane.
Sciat quō rit⁹ ille impijssimus et insan⁹ q̄ regnat
p totā Franciā/poterit euelli aut saltē temperari.
de huc scȝ quod ecclesiastici faciūt/vel in die inno
centū/vel in die circūcisionis/vel ī epiphania dñi
vel in carnisp̄riuio p ecclias suas: vbi fit irrisio de
testabilis seruitij dñi ⁊ sacramentoꝝ: vbi plura fi-
unt impudenter ⁊ execrabiliter q̄ fieri deberēt/ in
tabernis vel pstibulis/vel apud saracenos ⁊ iude
os: scīat q̄ viderīt/q; nō sufficiat censura eccl'asti
ca: querat auxilium ptātis regie p edicta sua vehe
L menter vigentia. ¶ Sciat quales solēt fieri inso-
lentie in templis ⁊ locis sacris: dū ibi tripudia et
comesationes in nuptijs exercent. Sciatur qua-
les blasphemie iuramentoꝝ passim ⁊ impune re-
gnāt vbiq;: nec tñ desunt leges bone/si essent viri
virtutū q̄ has exeq̄ pcurarēt: exequat ergo. Sciat
si vsurarij vel iudei regnēt: ⁊ an vel q̄liter tolerari
debeant. Sciat cū maturo cōsilio/an sacerdotes
cōcubinarij sint tolerandi sicut meretrices publi-
ce: ne scȝ peius eueniat/si ad deponendū q̄ queran
tur cōpelli: ex quo sic sunt multiplicati: ex quo etiā
tales facti sunt/ qui continentiā seruare nullo mō
volūt. Quo supposito: certū est q; remotis concu-
binis aliter forte deterius libidinē suā explerent
Quod si tolerādi sunt: videat si ppl's erit in secu
ro de audiēdo missas eoꝝ: an etiā ipsi cōcubinarij
tales sint excōicati ⁊ irregulares: sicut magna ps
doctoꝝ ī decretis tenet. Et si sic: videat an ī foro
penitētiali psit sacramētaliter absoluere: q; si non
possint/periculū īminet grauissimū omnibus pa
rochianis. Materia ista īdigeret magna discussi
one ppter hec ⁊ silia pericula: ⁊ nō essent leniter fe
rende sententie excōicationū cōtra talia delicta: q̄si
M certū est q; nō possint neq; tenebuntur: ⁊ tamē in
credibiliter ligant/etiā innocētes. ¶ Videri pos
set q; nullus cōcubinari⁹ sacerdos/nisi iudicialit
sit ꝯuictus/⁊ p tali denūciatus: debet vitari a sub
ditis/etiā quantumcūq; notorius: q; si tolerat a p̄
lato: cur non debet tolerari a subditis? Alioquin
via aperiret infinitis scādalis atq; periculis: q; si
sancti priores oppositū tenuerunt: nō viderāt q̄n
ta est malicie radicatio: ⁊ q̄ impossibile est rigorē
antiquū ecclesiastice discipline nūc seruare. Sci-
atur qualia sunt statuta synodalia: ⁊ que obseruā
tur/⁊ que nō: ⁊ renouēatur inutilia: similiter sen

tentie excōmunicationū q̄ nō prosunt/aboleātur:
quia nō sunt nisi laqueus. Et certū videt/ q; mul-
te tales sententie/ex quo sunt de iure pure positiuo:
abolite sunt p nō vsum: nec ligant ad p̄sens. Tuti
us esset tamē/vt autoritate p̄latoꝝ expsse tolleren
tur/ p cōscientiarū maiori serenatione. Fiūt insu
per (put dicūt cōfessores expti) quedā reseruatio-
nes sup aliq̄bus pctis (vt sup adulterio secreto) q̄
multo plus obsunt q̄ psunt: q; vix psit induci ho
mines ꝯfiteri/etiā apud eos quos eligūt: q̄nto mi-
nus apud ep̄m vel penitentiariū. Videret enī suf-
ficere reseruatio casuū enormiū publicorū. Sciat
an in q̄libet eccl'ia parochiali sit aliquod scriptū
rememoratiuū eorū q̄ generalia sunt nostre fidei/
tā ī latino q̄ in vulgari. ¶ Sūt enī q̄dā tabule su R
per his vtiliter cōposite: quas expediēs est apud
oēs curas eccl'iasticas infigere. Curati saltē illas
videre possent/vt de ignorātia sua excusationē nō
haberent: ⁊ pauc⁹ esset labor/sumptusq; exiguus.
Postremo si p̄sens esset ep̄s: saluberrimū videre
tur sacramētū ꝯfirmatiōis p̄stādū generaliter. Di
cit enī venerabil' Guil. ep̄us parrhysieñ. q; ppter
cessationē hui⁹ sacramēti tepiditas grādior est ī fi-
delibus ⁊ fidei defensione. Ista sunt ⁊ (nō est du-
biū) alia multa: q̄ tractāda viderētur diligēter p p̄-
latū quēlibet vice sua: nō q; possint oĩa ad regu
la equitatis dirigi/⁊ oēs a suis prauitatibus peni
tus arceri. Sed quantulūcunq; modicū fiat: vale-
bit ad eos q̄ p̄destinati sunt ⁊ p̄ordinati ad vitam
seu ad eoꝝ correctionē/seu ad cōsolationē/⁊ ma-
iorē in bono cōfirmationē. Deniq; liberabit p̄la-
tus ex hoc aiam suā: ⁊ exemplū p̄clarū virtutis re-
linquis/p̄sentibus ⁊ posteris relinquet.

Sequūtur octo conclusiones p plures doctores in Italie partibus appro-bate: quorū dogmatizatio vtilis videt p extermi-natione moderni schismatis.

Verū cardinales in electione pape/vices
gerūt vniuersalis eccl'e christiane. Pa-
tet: quia per talē electionē constituit pa-
pa verus vicarius Christi/et caput corporis eius
mystici: quod est ecclesia: sed hoc nō potest facere
nisi Christus/vel ipsummet corp⁹ mysticū/aut ha
bēs in hoc ipsi⁹ potestatē seu autoritatē. Veri car
dinales hmōi vices eccl'ie gerunt: nō solū in pape
electione/sed etiā in his que circa eam rite ⁊ legi
time fiunt p ecclesiastica vnione. Patet: quia ele-
ctio pape finaliter ordinat ad vnionē eccl'ie. Naȝ
ideo eligitur vnus papa: vt in eo tanq̄ in p̄mo ca
pite sub Christo sit eccl'ie vnio. Et ideo ppter vni
onē ecclesiasticam est electio pape/et nō econtra.
¶ Veri cardinales adijcientes in electione pape O
iuramentū seu votum de cedēdo in casu presentis
scȝ pro tollendo tam diuturno ⁊ obstinato schis-
mate: ⁊ pro danda pace ⁊ ecclesiastica vnione: hoc
rite ⁊ legitime faciunt/non suo pprio aut priuato
nomine/sed vice ⁊ nomine totius eccl'ie. Et ideo
qui tali iuramento ⁊ voto ligantur: ⁊ toti ecclesie
obligant: a qua obligatione sine toti⁹ cōsensu vel
autoritate nō soluūtur. Patet satis ex premissis:

que ola possent faciliter/nõ solũ diuino ꝛ hũano iure/sed etiã naturali seu morali ratione fundari.

¶ Ex his tribus suppositionibꝰ inferunt aliq̃ ppositiones q̃ sequunt. Quicūq̃ tenēt dñm Angelũ vocatũ Gregoriũ esse papã: ꝛ eiꝰ ptēsũ collegiũ esse veros cardinales: habēt ꝯsequēter tenere ppositiões antedictas de eis verificari: ꝛ ideo habēt pcedere dictũ Gregoriũ p iuramētũ ꝛ votũ ab eo factũ toti vniuersali eccłie obligari: ꝛ suos pretēsos cardinales pariter teneri: vt (qn̄tũ in eis est) ipm faciāt ob iuramētũ et votũ efficaciter adimplere: als ab vniuersali eccłia reputādi sūt piurꝫ fractores voti. ¶ Talis puaricatio voti ꝛ iuramenti tã solēniter/ꝛ in tã fauorabili materia facti: nũ solũ esse grauissimũ ꝛ mortale pctm̃: q̃nimo si essent ptinaces: puaricatores hmõi reputãdi forēt: non solũ schismatici/sed etiã heretici/aut de heresi vehemēter suspecti. Pretēsi cardinales ex obligatione dicti iuramēti vł voti/ꝛ als ex autoritate iuris diuini ꝛ hũani: si pbabiliter videāt dictũ Gregoriũ (put hactenꝰ fecisse videt) friuolꝫ excusatiõibꝰ ꝛ piculosis dilationibꝰ dictis sui iuramēti ꝛ voti impletionē subterfugere: debēt ꝛ tenent post debitã monitionē/se ab eo ꝛ eiꝰ obediētia ꝛ cõicatione subtrahere: ꝛ ꝯtra ipm tãq̃ notorie schismaticũ/ꝛ vehemēter de heresi suspectũ: ac pturbatorē et illusorē totiꝰ politie christiane pcedere: ꝛ ad idē faciēdũ alios fideles/ꝛ pcipue platos ꝛ principes inducere ꝛ monere: alioq̃n nõ poterũt excusari a fautoria schismatis vel heretice prauitatis. Adherētes dicto Gregorio tanq̃ pape: ꝛ precipue maiores prelati et principes: post debitã informationē a cardinalibꝰ/vel als sufficiēter instructi de dicta malicia ipsiꝰ Gregorij: tenent se ab eius obedientia subtrahere/sub pena fautorie predicte. Doctores studiorꝫ generaliũ/ꝛ precipue theologi ꝛ iuriste. ac etiã predicatores ad pplm̃: debent ꝛ tenent de premissis fideles instruere. Et in hoc cõmendandũ est studiũ Bononiense: a quo nuper emanauit determinatio conformis ad premissa.

Sequũtur alie propositiones vtiles/ad exterminationē presentis schismatis/per viam concilij generalis.

In vnitate eccłie capitis Christi spõsi eccłie plene ac pfecte ꝯsistit vnitas corpis mystici totiꝰ eccłie christiane: iuxta illud: Christꝰ est caput eccłie. Et illud: Dēs vnũ corpꝰ sumus in christo. Licet papa inq̃tũ christi vicariꝰ quodam modo dici possit caput eccłie ꝛ ipsiꝰ spõsus: tamē eccłie vnitas nõ necessario dependet aut originat ab vnitate pape. Patet ex prima. Et etiã: q: nullo mõ existēte papa/semp eccłia remanet vna. Juxta illud in Cantič. Una est colũba mea. Et illud symboli: Unã sanctã catholicã ꝛ apłicã ecclesiã. A christo capite ꝛ spõso eccłie corpus mysticum quod est eccłia/originat: ꝛ imediate ptãtē habet ꝛ autoritatē: vt ad suã vnitatē ꝯseruandã/rite valeat seipsam ad generale conciliũ ipsum representans cõgregare. Patet ex illo verbo Christi: Ubi duo vł tres cõgregati fuerit in noie meo: ego i medio illorũ sũ. ¶ Ubi aduertēdũ est/q̃ nõ dicit/in noie Petri vel in noie pape/s; i noie meo. Dās intelligere/q̃ vbicūq̃ et a quocūq̃ cõgregent fideles: cũ hoc fiat in nomine suo: hoc est in Christi side/ꝛ p ecclesie sue salute: ipse assistit eis tanq̃ director et infallibilis rector. Confirmat: q: als Christus nõ fuisset sufficiens fundator ecclesie sponse sue. Nõ solũ autoritate Christi/sed etiã cõmuni iure naturali premissaꝫ potestatē habet corpus mysticũ eccłie dei. Patet: q: quodlibet corpus naturale naturaliter resistit sue diuisioni et distractioni: et si sit corpus animatũ: naturaliter ꝯgregat omĩa mēbra omnesq̃ vires suas ad conseruandã suã vnitatē/et repellendũ suã diuisionē. Simili quoq̃ modo et quodlibet corpus ciuile/seu ciuilis cõmunitas/vel politia rite ordinata. Ideoq̃ corpꝰ spūale seu mysticũ ecclesie christiane/quod ordinatissime cõpositũ est (Ipsa quidē eccłiastica politia in Canticis describit: Uelut castrorum acies ordinata) sũi iure vti poterit ad suã vnitatē ꝯseruãdam/et quamlibet schismaticã diuisionē repellendam/tanq̃ sue ordinationis destructiuã. Premissa autoritate et autoritatiua potestate/vsa fuit ecclesia primitiua. Patet: quia in Actibus apłorum quatuor legunt concilia generalia cõgregata: Et nõ habet q̃ sola autoritate Petri fuerũt cõuocata/sed cõmuni cõsensu ecclesie. Et in vno concilio Hierosolymis celebrato/nõ Petrus/sed Jacobus illius loci episcopus legit pfuisse/ꝛ sententiam ptulisse. Post incrementa nascentis ecclesie primitiue: premissa autoritas et potestas congregandi generalia cõcilia/rationabiliter limitata fuit et restricta: sic sc; q̃ sine autoritate pape nulli liceret hmõi cõcilia cõgregare. Patet ex iuribꝰ cõmunibus/que habent in decreto et decretalibus. Et ratio fuit/vt honoraret sedes apłica: et vt obuiaret hereticis vel schismaticis: qui quãdoq̃ ad libitũ p potentia principũ seculariũ cõcilia vocari et congregari pcurabant/ad suorũ errorũ fulcimentũ. Premissa limitatio seu restrictio nõ tollit/quin predicta autoritatiua potestas semp absolute remaneat in ipsa vniuersali ecclesia. Patet quia iura positiua nõ possunt ab ecclesia absolute tollere illã potestatē que ei cõpetit diuino ꝛ naturali iure. Non obstante limitatione seu restrictione premissa: in certis casibus ecclesia sine autoritate pape potest cõciliũ generale celebrare. Patet p predicta. Et etiã: quia illud quod est in fauorem ecclesie introductũ: nõ est in eius damnuꝫ et graue periculũ obseruandũ. Sed predicta limitatio seu restrictio que in fauorē ecclesie iure positiuo legit introducta: vt dictũ est/posset in certis casibus eidē grauissime preiudicare: Et specialiter possunt tres casus assignari. Primꝰ est: si vacante sede occurreret heresis/vel alia ecclesie pturbatio: cui esset per generale conciliũ obuiandũ. Secũdꝰ/si in casu necessitatis aut manifeste vtilitatis vocandi conciliũ papa esset furiosus/aut hereticus/vel als ad hoc inutilis aut insufficiēs/vł si sup hoc requisitus. Tertius/si plures essent contendentes de papatu: ita q̃ nulli eorum tota

obediret ecclesia: nec ad alicuius eorũ aut amborũ sit vocationẽ cõpareret: sicut esse videt in presenti schismate. In his igit aut silib⁹ casib⁹ clare patet ex pmissis: q absq autoritate pape posset & deberet ecclesia generale cõciliũ celebrare. ¶ Iura positiuã que cõiter dicũt q absq pape autoritate nõ est fas generale conciliũ cõgregari: debent ciuiliter intelligi. s. qñ est vnicus papa cõcorditer ab ecclesia receptus ad cõgregandũ hmõi conciliũ occurrente euidẽti vtilitate idoneus & paratus. Patet ex pdictis & ex doctrina Aristotelis in Ethic: vbi loquit de epikeia. Pro sedãdo psenti schismate absq autoritate pape/imo ipso ɔtradicẽte: põt autoritate vniuersalis ecclesie generale concilium ɔgregari. Et nõ solũ p dños cardinales conuocari: sed etiã in casu p quoscũq fideles specialit maiores & potentiores: qui vel autoritatiua ptãte/vel charitatiua admonitione scirent & possent ad execution ẽ cooperari. Patet ex premissis.

¶ Finis.

Iusticia diuina

- Ius cuiuslibet creature
  - Leges insite omnib⁹ reb⁹
- Ius creature rationalis
  - Leges homĩnũ viatorum
    - Lex pprie diuina.
    - Lex pprie naturalis.
    - Lex canonica.
    - Lex ciuilis.

Iusticia participata

habet iura sua & leges

- Distributiua: huic cõtrariant pmotiões in digne & intrusiones
  - In officijs republice
  - In beneficijs ecclesie.
- Cõmutatiua. Huic contrariant contractus illiciti.
  - Usura & fraus in tẽporalibus
  - Simonia & giezia in spũalib⁹

Iusticia legalis

est oĩus virtus regulata: sicut charitas in lege christiana.

Iurisditio

- Nõ coercitiua
  - Doctrinalis seu directiua: paternalis seu hierarchica.
  - Spontanea vel arbitraria psupposito peccato: vt in penitẽtia.
- Coercitiua
  - Diuina sm ius & leges pprie diuinas.
  - Naturalis sm ius & leges pprie naturales: presupposito peccato.
  - Ecclesiastica sm ius & leges canonicas.
  - Secularis sm leges ciuiles.


Dominium

- Glorie
  - Originalis iusticie
- Gratie gratificãtis.
  - Euangelicũ vel ecclesiasticũ
- Canonicum.
  - Ciuile.


a

Arbor de origine iuris ⁊ legum

Politia



Potestas ecclesiastica



Usus potestatis ecclesiastice

Licitus ⁊ ratus. Licitus ⁊ non ratus. Illicitus ⁊ ratus. Illicitus ⁊ irritus.

Plenitudo potestatis ecclesiastice.

Est subiectiue ⁊ monarchice ī papa.

Est in ecclesia synodaliter congregata ordinatiue/regulatiue ⁊ suppletiue.

Potestas ecclesiastica

habet tres actus hie rarchicos: ad quos ceteri reducuntur: scilicet purgare, illuminare, et perficere.

Potestas ecclesiastica plena
- Est in papa subiectiue et executiue:
- In ecclesia regulatiue et suppletiue per

Potestas ecclesiastica limitata ordinaria.
- In episcopis
- In curatis

Purgare Illuminare Perficere

Purgare
- Per remunerationem sicut per indulgentias.
- Per punitionem sicut per excommunicationem et inuocationem brachii secularis.

Perficere
- Per legum et canonum institutionem.

Illuminare
- Per predicationem doctrinalem
- Per sacramentorum ministrationem: Que sunt.

Baptismus | Confirmatio | Eucharistia quo ad consecrationem | Penitentia quo ad ministrationem | Ordinum collatio que includit institutionem ministrorum ecclesie. | Matrimonium | Extrema vnctio.

Solus episcopus confert septem ordines.

Epistola P. episcopi Cameracen. ad dominū nostrum papam.

Beatissime pater/hūillima recordationē pmissa vsq₃ ad pedū oscula beatoꝝ. Expectās expectaui dn̄m: si forte intēderet mihi. Si tandē mihi tātā cōcedere grām dignaref/ vt cum symeone dicerē: Nūc dimittis seruū tuū₃ dn̄e/ſm verbū tuū in pace. Quia viderūt oculi me salutare tuū. Salutarē videlicet pacem/ꝛ ecclesie tue vnionem. Sed iā ꝓh dolor expectando hec ꝛ spes mea q̄ differf: imo pene tādiu differendo aufertur/affligit animū: videlicet pater beatissime p̄fatā vnionem. S.v. vna cū sacro collegio/totis viribꝰ laudabiliter ꝓsequaf. Ex his tamē que ꝑsonaliter vidi/ꝛ fide dignoꝝ relatione iugiter ꝑcipio: vix spero ꝙ aduersarius vester daturus sit pacē ecclesie ꝑ viam quā queritis. Uiam dico cessionis/ quā ille tam solēniter ꝓmisit/iurauit ꝛ vouit. O vtinā sperare liceat meliora: vtinā feliciorē euentum diuina clemētia ꝓuideat. In illo tamē casu aduersus hāc nequitiā ꝛ ad prouidendū malis: q̄(nisi deus auertat) paranf ecclesie. Tria posse videnf prodesse remedia. ¶ Primū remediū: Certam ꝛ solidam ex vtraq₃ parte cōstitutionē facere suꝑ ꝓuisione vnionis in casu mortis ꝛc̄. Quod citius factu₃ fuisse ꝙ̄ vtile foret/quis nō videat ꝛc̄. ¶ Secundū remedium est generale cōciliū veste obediētie ꝗcitius cōmode poterit cōuocare. Que ita fieri intelligo: vt circa vnionē ecclesie per viam predictā nihil interim de cōtingentibus omittaf. ¶ Tertium remedium hic taceo: quia nō nisi ex generalibus concilij cōsensu ac cōmuni auxilio/ videf posse vtiliter practicari/vel pretractari salubriter. ¶ Nec ista scribo quasi presumā iuxta grecū prouerbiū docere mineruā. Sed vt in tanta re vtcūq₃ possim debitū fidelitatis exoluam. ¶ Ceterꝫ pater beatissime/cum pro nunc nō sperem hic me posse proficere: ideo hac alijsq₃ de causis satis vrgentibꝰ/quas exprimere non est opus: cōpellor ad ecclesiam vestram Cameracen. reuerti. In qua multi de grege christi (cuius regimen mihi indigno. A. S. v. cōmissum est) meā nō equanimiter ferūt tam diuturnam absentiā. Ibi vero ꝛ vbilibet semꝑ paratus ero ad vestre sanctitatis beneplacita ꝛ mandata. Quam conseruare dignetur altissimus feliciter et votiue ad regimē ꝛ vnionē ecclesie sue sancte ꝛc̄.

¶ Hec epistola missa fuit de Janua per me Petrum episcopū Cameracen. xxvj. Januarij. Anno M.ccccviij. ſm vsum romane ecclesie/dn̄o Bonifacio papa. xiij. tunc cū suis cardinalibus existente in portu Ueneris: ꝛ aduersario suo cum suis antecardinalibus in ciuitate Lucana.

Sermo elegantissimus historijs T. Liuij/Ualerij Maximi/ sententijs Tullij ꝛ Senece respersus in festo sancti Ludouici regis Francorum.

Tu domine mi rex sicut angelus dei es. Uerba ista ad lrām dicta sunt eximio regi Dauid in hierusalē redeūti post victoriā nefāde cōiurationis ꝑ Absalon ꝛ Achitofel aduersus eū cōspirāte. Exeunte nempe in occursum regis vniuersa ciuitate miphiboseth qui fuit de genere Saulis ad sue reditionis gratulationē simul ꝛ magnificentiā glorie sue sublimiꝰ attollendā/eā alloquēs ait: Tu dn̄e mi rex sicut angelus dei es. ij. Regū. xix. Quā gloriosus obsecro hodie enituit beatissimus christi ꝓfessor olim rex francoꝝ Ludouicus: dū dissipato eoꝝ cōsilio q̄ aduersus christi nomen acrius seuiētes in necē beatissimi regis cōspirabant: ad illā etherēā hierusalem hodie victor appulit: illic ſm aīam regnaturꝰ sicut angelus dei. Quō decus/q̄ splendor/q̄ iocunda solēnitas ciuiū supernoꝝ beatissimo regi occurrentiū. Scitis itaq₃ q: gaudiū erit in celo suꝑ vno peccōre penitentiā agente. Lu. xv. Quō hodie ergo existimatis patres reuerendi fuisse gaudiū angelis dei in aduētu huius gloriosissimi regis. Cuiꝰ vita aliquo forsan puluere terrene cōuersatiōis respersa fuerit: ea tn̄ eximie integritate ꝛ puritate: vt frequenter diceret/ꝛ ex aīo diceret: citius se electuru₃ priuari velle vita: ꝙ̄ ꝓpter vitā mortaliter offendere vite autorē. An non igif ea fuit puritate qua angelus dei. Angelus q̄ppe Gregorio/Isidoro/Dionysio/ꝛ plerisq₃ alijs autoribus: nomen est officij/a missione dictū. Uere (si nō fallor) is ob precipui amoris priuilegiū fuit regno huic a deo specialiter missus ꝛ electus: vt eos ꝓsidentia tanti principis honoraret protegeretq₃: a q̄bꝰ christiane religionis cultus exactissima diligentia celebraref/ ac veneraref: vt impleref ꝓmissio saluatoris nostri dicentis Joā. xij. Si quis mihi ministrauerit/ honorificabit eū pater meus qui in celis est. Hāc sane tam gratuitā superne dilectionis dispensationē prosequētes angeli beati (vt sunt oēs administratorij spūs in ministeriū missi propter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Ad Heb. j.) huic gloriosissimo regi toto (vt arbitror) beniuolētie sinu aspirauere. Ea quisq₃ q̄bus maxime pollebat charismata largiens sue influens hic charitatē: ille ꝑseuerantiam/hic sapientiā/ille iudicij equitatē. Et ita de ceteris quatinus hoc sacratissimu₃ regnum (quod tāto deus illustrauerat rege) salubrioribus imperijs resplendesceret ac moderaretur. Ait eīn Chrysostomus: Non insulse quidē vtiliter regnat qui rex nascitur/ꝛ regnum non meretur. Propter quod etiam ipse Seneca summā fuisse quorūdam antiquorum felicitatem astruit: inter quos non poterat esse potentior/nisi melior: parentū videlicet non incerta propago: non ambitio popularis/sed spectata inter bonos moderatio ad culmen regni prouehebat. Habet siquidem q̄squis ad huiuscemodi dignitatis fastigiū est sublatus: triplicē habitudinē seu relationē ſm quā eum decet esse perfectū ac ceteris celsiorem.

a

b

¶ Primam ad deum/ vt creatura dei.
¶ Secundam ad regimen subditoꝝ/ vt rex.
¶ Tertiam ad homines/ vt vnus ex hominibus.
Hec tria facile pñt aptari verbis nři thematis. Sȝ eiuscemodi curiositates velut nūc aut superfluas aut nō necessarias libēter ꝑtergredior. Hanc igiẗ triplicē habitudinē/iuxta quam etiā nři sermonis ꝑncipalis versabiẗ intētio: notat Aug. expones il lud quod regib⁹ ꝑcipiẗ: Seruite dño i timore ⁊c. Quō inqt seruiūt reges dño in timore: nisi ea q̃ cō tra iussa dñi fiūt religiosa seueritate ꝓhibēdo atq; plectendo? Et sequiẗ ad ꝓpositū: Aliter enim ser uit/ q: hō est: aliter etiā q: rex est: q: vt hō est seruit dño viuēdo fidelr. Quod fit vt optime nostis ꝑm duplicē habitudinē: ad deū. s. ⁊ ad ꝓximū. Quia vō rex est/ seruat leges iusta ꝑcipientes ⁊ ↄtraria ꝓhibētes/ cōuenienti rigore sanciendo. Exemplū ponit de Ezechia/ q̃ lucos ⁊ tēpla idoloꝝ/ ⁊ illa ex celsa q̃ cōtra dei ꝑcepta fuerūt constructa destru xit. ¶ Quantū igiẗ beatissimus Ludouicus in oi rōne regalis dignitatis extiterit ꝑfectus operepre ciū est videre: q̃tinus ⁊ merita ipsius recolētes/ di gnas nřo creatori gras referam⁹: ⁊ emēdatiōi vite nostre exēplo regis nostri interueniente nonnihil adijciamus. Et primo si libet videbimus.
¶ Quā deuotus extiterit in amore dei ⁊ supnoꝝ.
C ¶ Quā fuerit circūspect⁹ circa reginē subditoꝝ.
¶ Quā huān⁹ extiterit in habitudine ꝓximoꝝ.
Quātū ad primū ipe ꝑfecto tantū diuini amoris ardore flagrabat: vt nō solū ipe arderet/ sed alios siue sacris monitis/ aut bonoꝝ operum exēplis ad amore dei vehemēter incenderet. Splēdore q̃ppe oim virtutū refulgebat sicut angelus dei. Et vt de egregijs ipsius opibus nostro sermoni nonnulla inseramus: de more habebat officiū matutinaruȝ tā diei q̃ beate virgini (quod media semp nocte tractim ac deuote in capella sua cantabaẗ) ⁊ audi re ad longū ⁊ legere. Jndē de ceteris missis ⁊ bo nis q̃ tpib⁹ cōgruis eo ꝑsente dicebanẗ. Et vt mul ta paucis ꝑstringā/ tāta fuit orationū eius seduli tas: tanta insup ↄtēplationis in deū attētio: vt nō dū surgens ab oratione velut attonitus/ submissa voce a puero q̃ ei sermebat quereret: quonā loco ipe existeret/ quasi foret oblitus sui ꝑ nimia altitu dine cōtemplationis. Ceteꝝ innumera sunt ꝑter hec argumenta/ eaq; clarissima: q̃bus ingens sue deuotionis seruoꝛ deprehendiẗ: videlicet q̃ tam multas ecclesias/ monasteria/ hospitalia/ domus pauperꝝ/ viduaꝝ/ infirmoꝝ passim i regno: ⁊ nōnul la in partib⁹ vltramarinis cōstruxit/ fundauit/ am pliauit/ ditauit atq; reparauit. Q, multas reliq̃as sacras vt coronā spineā/ lanceam de sacratissimo sancte crucis ligno bonā magnāq; partē: q̃tuor et viginti corpa socioꝝ beati Mauritij gloriosissimi christi martyris: ⁊ alias cōplures ꝑciosissimas sā ctorum reliq̃as ꝑ labore hinc regno acq̃siuit. Q, oēs sortilegos/ aruspices/ magos/ ceterosq; demo nū inuocatores potenẗ aut extrusit/ aut cremauit. Q, bina vice cū immēsis sumptib⁹/ sed multo ma iore sui capitis clarissimoꝝq; liberoꝝ ⁊ fratrū su orum periculo aduersus infideles trāsfretauit: tā torum ⁊ tam multoꝝ vitā ꝑ exaltatione christiane religionis exponere paratus. ¶ Q, tpe aduersita D tis ipe erectior atq; cōstantior semp in fide assurge bat. Q, vel blasphemos in deū ⁊ eius sctōs adu stione candētis ferri plectebat. Et vt in his faciā fi nē: vnū ceteris obmissis referā/ quod inter multa ꝑclarū mihi visum est. Cōposito nāq; tractatu in ter se ⁊ paganos sup liberatiōe sui ⁊ cōcaptiuoꝝ suoꝝ/ pagani ad bellandū inuiolabilr addere iu ramēto suo volentib⁹ sese abnegaturos Mahō metū si pactū christianis nō seruarēt: beatissimus Ludouicus cū vehemēti indignatiōe similem de christo cautionē repudiauit: neq; suggestione fra trū suoꝝ aut alioꝝ nobiliuȝ christianoꝝ: neq; dire mortis periculo: quā iā pagani recēter adhuc ce dis soldani spirantes sibi ⁊ christianis corā inten tabāt: induci potuit vt illā iuramēto suo adijceret: nō diffidētia q̃dē implēde cōditiōis sue partis: sed q: tāta fuit apud eū christi ⁊ christiane religionis reuerētia. O regē elegantē/ o virū ethereū q̃ secula riū opū affluētia circūseptus oia velut scenū ⁊ lu tū plateaꝝ deputās: inestimabiles diuinas in ce lo ↄsperfit. Jllud ꝑcipui ꝓphetaꝝ regis dauid se pe in suis orōnib⁹ depromēs: Eripe me dñe de lu to vt nō infigar. Et sequiẗ: Nō me dimergat tēpe stas aque. i. abundātia nimia tpaliū reꝝ/ que more fluctus aque ↄtinue decurrūt ac labunẗ: nemo vō (vt Sen. ait) cū sarcinis enatat: quo mihi beatissi mus Ludouic⁹ tāto maioꝛ ꝑconio laudandus oc currit/ q̃nto magna diuitiaꝝ opulentia circūfusus oia spreuit/ oia ↄtēpsit/ oia posuit in cōculcatione pre amore dei nři: q̃ q̃d attinet fallaces seculi or natias sectari? sese excruciare? vrere alam? corpus frangere? ꝓpter illa acq̃renda ad q̃ tu inhias: tua eīn nō sunt testimonio Byantis viri sapiētissimi: q̃ ex publico incendio fugiēs ceteris ꝑciosaꝝ reꝝ pondere onustis: interrogatus q̃d ita nihil ex bo nis suis secū ferret: bona mea inqt mecū porto: il la eīn sua arbitrās q̃ pectore gestabat. Cui alludit egregius ille ꝓpheta Abac. Ue q̃ cōgregant non sua. Abac. ij. Cur ergo illū diuitē putas/ quē aurea suppellex in via sequiẗ: q̃ in oib⁹ ꝓuincijs arat: cui multū suburbani agri est/ oia cū diceris (inqt Se neca) paup est. Quare? q: debet: quantū inquies/ ⁊ oia: nisi forte interesse indicas vtrū ab homie an a fortuna mutuū sumpserit. Nemo eīn nasciẗ di/ ues: quisq̃s exit in lucē/ iussus est lacte ⁊ panno esse ↄtentus. Ab his aūt initijs nobis regna non suffi E ciunt. Quo rectius admirari mihi visus est flacc⁹ q̃ hōiē sicut in morbis fit in q̃b⁹ cū tentata diu re media nō ꝓsunt: ea abijcimus/ ⁊ alligamus alia: ⁊ plerūq; ↄtraria. Cur etiā cū expiamur q̃ diuitie q̃si te cupiditatē nō sanant/ sed inflāmant poti⁹: tamē remedijs nō vtamur. Uñ Seneca: Congregeẗ in te qui coquli multi locupletes possederant: vltra ꝑ uatū pecunie modū fortuna te prouehat: auro te gat/ purpura vestiat: ⁊ ad hoc modus delitiaruȝ ⁊ opinio te ꝑducat/ vt terrā marmoribus abscōdas nō tātū tibi habere liceat/ sed calcare diuitias: ac cedant statue ⁊ picture: ⁊ quicq̃d ars vlla luxurie ela borauerit/ maiora capere ab his dices. Bene

igit monet apud eũ epicurus: Si vis inq̃t phito
clea diuitẽ facere: nõ pecunie adijciendũ / sed cupi
ditati detrahendũ est. Et apud Vergi. Aureo ra
mo euulso inferi petunt: q2 vt Seruı9 ait: Diuitijs
facile mortales intereũt. Neq3 tñ ex tãto diuitiaꝝ
aceruo / nisi forte pãniculũ sordidũ atq3 detritum
quo ne horrori simus opinor efferimus. Pruden
ter ergo admodũ rex ille nouissima sui recordatus
est: q̃ pãnũ quo sudariũ sibi ↄsuendũ statuerat / in
signũ erigi atq3 explicatũ ꝑ ciuitatẽ deferri iussit ꝑ
p̃conẽ vociferantẽ: Hoc dicit p̃nceps dñ esse dñs
xij. regnoꝝ: hoc solũ de glĩa mea ⁊ de diuitijs meis
efferã. Ad idẽ redit quod Cicero tusculanaꝝ q̃stio
num li. vj. ponit de sardanapalo / q̃ sepulchro suo
scribi imꝑauit: Hec habeo q̃ edi / q̃q3 exaturata li
bido hausit ⁊c̃. Quid ergo insanie est propter res
sic trãsitorias / fugaces / momẽtaneas / anxiari con
sumi: ⁊ eternas diuitias q̃si faciles relinquere?
An nõ stulticia magna ille laboraret q̃ alicubi eta
tẽ actur9 de domo sibi nõ ꝓuideret. Vbi vero ho
spitaturus esset vnã noctẽ palatia magna cõstru
eret: vita ꝓfecto p̃sens ad future vite eternitatem
cõparata min9 in infinitũ q̃ꝫ spaciũ vni9 noctis ẽ.
Spes impij (inq̃t sapiẽs) q̃si lanugo vel tanq̃ꝫ me
F moria hospitis vnius diei p̃tereuntis. Et Ps. ad
deũ loq̃ns: Mille anni ante oculos tuos tanq̃ꝫ di
es hesterna: ⁊ tñ sepe clamat saluator nr̃: Primu3
q̃rite regnũ dei: at nos obsurdescim9. Sed admo
net: q̃ꝫ difficile q̃ pecuniã habẽt intrabũt in illud:
⁊ nos nõ intelligere simulam9. Sepe pulsat ⁊ sõ
no cupiditatũ nr̃aꝝ pressi aut non expergiscimur /
aut suꝑati altitudine soporis in pristinũ somnum
rursus remergimur. Neq3 habem9 q̃d ei respõde
m9 vocãti atq3 dicẽti: Surge q̃re obdormis? Exur
ge a mortuis / ⁊ illuminabit te christ9. Cõuincit sc3
v̄itate: q2 tp̃s surgẽdi aduenit: nisi tñ v̄ba lenta ⁊
somnolenta / mõ: ecce mõ: sine q̃so paululũ: s3 mo
do ⁊ mõ / vt dicit Aug. in. viij. ↄfes. vbi hãc sopora
tionẽ in ꝑsona sua pulchre prosequit / nõ habebat
modũ: sine paululũ ꝓdibat in lõgũ. Sic itaq3 dor
miũt somnũ suũ somniãtes se h̃re thesauros imẽ
sos: ⁊ nihil inueniẽt oẽs viri diuitiaꝝ in manibus
suis: q̃ꝫ videlicet in tremẽdo iudicio ꝓ redẽptione
aīe sue ꝓferant: q2 nihil posuerũt in manu christi
dicẽtis: Esuriui / sitiui / nudus fui ⁊c̃. Hactenus sat
inuexisse videor aduersus diuites secl̃i / hora est ꝑ
mũ sermonẽ retexere. Beatissim9 igit Ludouicus
hui9 florẽtissimi regni rex eximius / attẽdens vltra
ea q̃ dicta sunt: q̃ꝫ elemosyna viri q̃si sacculus cu3
ipso. Eccl̃i. xvij. Valde multa pauꝑibus erogauit:
q̃cq̃d iudea / arabia / oriens / occidẽs mittit: huius
aliq̃d habebat / sed nihil hoꝝ amabat: ⁊ in summa
reꝝ tꝑaliũ vbertate pauꝑ eterne b̃titudinis cumu
labat diuitias: imensa suꝑnoꝝ charitate flagrans
sicut angelus dei. Illi angelo merito cõparandus
q̃ in flãma sacrificij ascendit in celũ. Iudic. xiij. Et
G hoc de p̃ncipali. ¶ Secũdo (vt ꝓpositũ erat) dicẽ
dũ est de solerti ipsius regimine. Pro quo p̃mittẽ
dũ q̃ꝫ tria sunt q̃ ad regis catholici maxime perti
nent officiũ: videlicet ecclesiã tueri / ministrare iu
sticiã / ac subditoꝝ iniurias vindicare: primum ne

fiant aut c̃uillate fuerint vlcisci. De primo ait Isi
dorus li. xbiiij. Cognoscãt inq̃t p̃ncipes secli
deo se esse rõnem reddituros ꝓpter ecclesiã quã a
christo tuendã susceperũt. Sane si p̃scis gentiliu3
imꝑatorib9 nõ solũ ↄseruãde / verũetiã amplifican
de ꝓphane religionis falsoꝝ deoꝝ suoꝝ tãta cura
fuit: vt decẽ p̃ncipũ filij singulis hetrurie populis
ꝑcipiende: nõ sacroꝝ q̃dẽ / sed execrãdoꝝ suorũ di
scipline grã traderent. Quãta deuotiõe ⁊ sollicitu
dine decet p̃ncipes catholicos sacrosanctũ dei ve
ri religionẽ tueri ac defendere? ¶ Neq3 dubitaue
rit (inq̃t Valeri9 maxim9) sacris impia seruire: in
fra se humanaꝝ reꝝ futurũ regimẽ existimantia: si
diuine potẽtie bene ac cõstanter fuissent famulata.
At beatus Ludouicus nõ ꝓ dilatãdo imꝑio / s3 re
ligioso fidei christiane zelo dei famulat9: ecclesiaꝝ
regni sui tꝑib9 suis pacatã tenuit. Neq3 vt Mar
cellus ille imꝑator / cuius memoria ob eã rẽ tum in
honore erat / virtuti et honori tẽpla dicauit. Sed
nũc benignissimo virtutũ olim largitori / nũc hono
randissime eius matri / deuota tẽpla: nõ duo solũ /
sed (vt antea dixi) h̃n innumera construxit atq3 dota
uit. Viros ecclesiasticos in magno honore habu
it: q̃ꝫ deus magis ab his (vt aiebat) honoraretur ⁊
glĩficaret. Et in institutiõe quã ꝓpria manu ↄscri
ptam Philippo pulcherrime indolis adolescenti
filio suo seniori reliquit: eum singulariter admo
net / ne si vnq̃ꝫ ad regni gubernacula perueniret / vi
ris ecclesiasticis in personis aut rebus vllam vio
lentiam fieri fineret. Libenter inculcans in auri
bus suis egregiu3 illud responsum Philippi aui
sui: quod quibusdã consiliarijs suis eum acriter in
crepantibus q̃ꝫ tam multas iniurias ab ecclesiasti
cis viris impune tolleraret / dedit: Credo inquit q̃ꝫ
nõnulle ab his iniurie in me ꝓficiscuntur: sed cu3
meditor honores quos maximos mihi deus tri
buit: decreui sanctius mihi fore multa perpeti q̃ꝫ
aliquid facere ꝓpter quod oriat scandalũ in eccle
sia: ac sacer dei cultus in minimo turbetur. O ca
tholicum responsum: ⁊ e magne pietatis fonte ꝓ
siliens. Vtinã moderni principes / vtinã similem
animũ ad ecclesiã gererent. Non enĩ ipsa sub hoc
horrẽdo heu schismate tãdiu ꝓstrata iacuisset: nõ
iura / nõ eius libertates quotidie violarent: nõ de
niq3 venerandum olim sacerdotij nomẽ (quod ab
apostolo electum sanctũ regale nuncupatur) nũc
exprobrationis loco ⁊ vituperij ab improbis obij
ceretur. O beatissime pugil christi Ludouice / re
spice obsecro hanc quã tantopere amasti / protexi
sti atq3 exaltasti ecclesiam sanctam. Apprehẽde ar
ma ⁊ scuta / ⁊ exurge in adiutorium ei. Effunde fra
meam ⁊ conclude aduersus eos qui eam ꝑsequun
tur: quatinus tuis defensa auxilijs canticũ Iudith
strenuissime mulieris psallere queat: Viuit domi
nus deus noster qui custodiuit me / angelus eius.
Judit. xiij. Sed quomodo ad regiũ munus perti
neat iusticiam subditis ministrare: quod secundo
proppsueram: neminem vestrum ambigere puto.
Legistis nanq3 Prouerbiorum. xvj. Abomina
biles regi qui agunt impie: quia iusticia firmatur
solium eius. Et Sapientie. j. Diligite iusticiam

qui iudicatis terram. Unde Tullius.ij. de officijs
postq̄ iusticiā dignissimis laudib⁹ extulit: eiusq̄
tantā vim esse ostendit: vt ne illi quidē/ qui(vt ver
bo eius vtar)maleficio et scelere pascunt: possunt
sine vlla iusticie particula viuere. Cuius rationem
ipse subdit: q: archipirata nisi equaliter predā dis
pertiat: aut interficit a socijs/aut relinquit: aut p
pter equabilē(sicut ipse ait)furti partitionē/latro
nū nōnulli adeo potētes euaserunt/ vt imperatores
romanoꝝ eis interdū cederēt. Post has dico iu
sticie laudes: cōsequēter narrat qualiter nō apud
medos solū/sed etiā apud maiores suos iusticie
fruende causa sibi videnī olim bñ morati reges cō
stituti. Nā cū premeret inquit iners multitudo ab
his qui maiores opes habebāt: ad vnū aliquē con
fugiebant virtute prestantē. Ita profecto beatissi
mus Ludouicus tāta virtute pcellebat: vt mino
res atq̄ humiles offensi a potentiorib⁹/ nō ad in
feriores atq̄ mediocres/sed ad ipm regē: tāta ni
mirū erat eis ꝯfidentia iusticie ab eo reportāde/re
cto tramite currerēt. Quia faciē nō aspiciebat in
iudicio: nullis pcib⁹ flectebat: ꝯtra barones et ma
gnates/cōtra amicissimos seruitores et familiares
suos/quos maxime studebat habere probos: at
q̄ adeo q ꝯtra germanū ppriū sentētias pluimas
p psonis humilib⁹ pnūciauit: dure increpās eos/
atq̄ sub grauib⁹ penis monens: ne abinde graua
mina vlla aut suis psonis inferrēt: aut inferri i su
is territorijs sinerent. ¶ Multa iusticie sue mihi
ꝯcurrūt exēpla. Bene tñ nūc narrasse abūde erit.
Cū enī comes Cāpanie faceret reqri quendā reū
militē naturalē suū: q̄ p suspitione homicidij co
rā btissimo rege accusabat: pponeretq̄ se paratū
esse facere parti b'iusticiā: q: btissim⁹ rex cogno
uit/q p potētes regni eius absolutio nimio feruo
re pcurabat. Rñdit ita: Ex quo reus iste tantū fa
uorē reperit in curia ista: nō possū adduci vt cre
dā/q de eo fieret rectū iudicium i curia inferiori.
Quāobrē ne fraus vlla fieret iusticie aut parti cō
querēti/noluit eū dimittere/illi specioso angeloꝝ
ordini dignissime inferēdus: q̄ vt Grego. ait: tāta
diuinitatis replent gratia/vt in eis deꝰsedeat: et p
eas iudicia sua decernat. Sicut scribitur Matt.
xiij. Exibunt angeli/et separabūt malos de medio
iustoꝝ. Cuius figurā Joannes vidit: angelū scz
exeuntē de templo/quod est de celo: habentem fal
R cē acutā: Apoca. xiiij. ¶ Tertiū quod superi⁹ dixi
ad regis rationē ptinere: scz subditoꝝ iniurias at
q̄ grauamina potēter vlcisci: patet. i. Regū. viij.
Ubi filij israel postq̄ vna voce postulassent dari si
bi regē: rationē sue postulationis aperientes inq̄
unt: Judicabit nos rex noster: et egredietur añ nos:
et pugnabit bella p nobis. Et capl'o sequenti dñs
ad Samuelē de Saul: Unge eū ducem super po
pulum meū israel: et saluabit populū meū de ma
nu philistinoꝝ. Rursus q: Jonathas putabatur
occisus a Triphone: quesierūt omnes gentes q̄
erāt in circuitu iudeoꝝ cōterere eos/dicētes: Nō
habent principē et adiutorē/nūc expugnem⁹ illos
i. Machab. xij. Sic etiā mortuo iuda machabeo:
immiserunt iniqui/et irruptionē fecerūt in oīb⁹

finibus israel: eodē libro ca. ix. Magna proculdu
bio moderatione vsus est beatissimus rex noster
in bellis quacunq̄ ratione mouendis: sed multa
et maxima cū illis gerendis functus est equitate et
magnitudine: mira circūspectione puidēs/ne hu
milis plebs/et q̄ in delicto nō participabant vllo
quantū erat possibile/damno afficerent: q̄obrem
oīa summope vitabat incendia: et p vim obsidio
nis hostē coartabat. Transiens etiam p monaste
ria et alia loca viroꝝ religiosoꝝ: claues horreoꝝ
et cellarioꝝ recipi iubebat: ne vlla eis iactura suo
transitu inferri posset. Lōge aliter fit prochdolor
his diebus. Si enī ad ppulsandū hostes exercitū
qñq̄ congregemus: hi primo inuestigabūt q̄ sint
predia ecclesiastica: si q̄d ex eis reperiāt quod exusu
sit: mox rapietur auferetur q̄. Plebs ꝟo innocua q̄
in agris et pagis habitat: nō tñ plerūq̄ ledit ab
hostibus/quantū ab ipsis equitibus et stipendia
rijs nostris. Eoꝝ edes si occupant/ diripiūtur fa
cultates et pecora: multa que pudore cōmemora L
re deterreor/in eis cōmittunt. Itaq̄ paup vulg⁹
vndiq̄ tundit et vexatur/ab hostibus scz/ab exerci
tu nostro: et tertio in ipsis exactionibus/ et alijs q̄
cum eis maiores soluto accrescunt. Et sunt homi
nes quoꝝ in reperiendis nouis pugnādi modis
tota cura terit: nunc solus aduersus solū/nūc nu
merus aduersos numerū. Hic sine galea/ ille sine
pectorali/alius sine scuto vel lorica: quorum sane
alteri cupiditate opū mouentur: alteri quidē am
bitione glie viri fortisq̄ strenui splendorē vsurpā
tes. Illi nōnunq̄ nō fallunt: q: plerīq̄ ea rōne lo
cupletes fuere. Isti ꝟo fortitudinis aut strenuita
tis vani: gloriā ppter huiuscemodi presumptā au
daciā nūq̄ sunt assecuti. Sicut Tulli⁹ pclare argu
mentat in pmo de officijs/ita inquiēs: Ea animi
elatio q̄ cernit in periculis et laboribus/si iusticia
vacat/pugnatq̄ nō p salute cōmuni/sed p suis cō
modis/in vitio est: nō mō enī illud virtutis nō est
Allegat dictū Platonis: Animus paratus ad pe
riculū: si sua cupiditate nō vtilitate cōmuni impel
lit: audacie poti⁹nomē habet q̄ fortitudinis. Ex
quo infert Tullius: Itaq̄ fortes viros et magna
nimos eosdē/et simplicis veritatis amicos/mini
meq̄ fallaces esse volum⁹: q̄ sunt ex media laude
iusticie. Facillime aūt(vt ipse ait)ad res iniustas
impellit quisquis altissimo alo est glorie cupidita
te: virtuti ne queso tribuendū erit/ solo huiane lau
dis appetitu in discrimē psentis mortis vltro irru
ere: que si sequat: ille verissime erit homicida sui
qui nullo impellente/sine ratiōe/sine vtilitate in
tempestā sibi mortē asciuerit: sin aliū occidat/ re⁹
erit iudicio: presertim cū idem per superbiā cōmit
tat: ex quibus conflatur q fortis et magn⁹animus
nō est qui cōmodi aut glorie sue/sed qui cōmunis
vtilitatis causa res magnas et vehementer ardu
as gerit/plenasq̄ laboris et periculoꝝ. Sicut fece M
runt Josue/Dauid/Judas machabeus: sicut for
te fecerūt Horacij et Curij: qui quatinus finis illi
diuturno atrociq̄ bello daret: quod int albanos
et romanos misere gerebatur: pducti hi scz terge
mini horacij a romanis. Illi videlicet tergemini

Curij ab albanis inter se conflixerũt: quorũ si sin guli fortitudine gloriã sunt adepti: tamen pcipua laude psequẽdus est: qui duobus germanis pro stratis et extinctis/tres curios solus cõfecit z su perauit. Innumeri occurrũt alij viri fortes/quos possem cõmemorare. Attamẽ satis est mihi ostẽ disse: qui eiusmodi insolita duella agunt/glorie aut diuitiaꝝ stimulis acti: nõ modo nõ fortes aut strenui cẽsendi sunt/sed audaces/cupidi/ pdigi at qꝫ insolentes: vtpote blandiẽtes sibi/z intra se di centes: Ecce magnus factus sum et precessi oẽs gloria: vadã z affluã delicijs/z fruar bonis: quod vti nam huic versiculũ bñ saperent: Uanitas zc. Utinã eũ in vestibus suis vt sunt discisse: z quas mul to nimis longas/ad magnã vsqꝫ distantiã post se trahunt/scriptũ haberẽt. Nec solũ in vestib⁹: sed (vt Chrysostom⁹ optat) in parietib⁹/in domo/in foro/in ianuis/in ingressibus/et aĩs omnia in pscientijs suis: vt eum semp oculo cernerẽt. ¶ Uereor ne si diutius hunc sermonẽ ptenderẽ: nõ tã isto rũ correctionẽ: qꝫ aduersus eos inuidiã concitare velle existimarer. ¶ Redeo igit ad beatũ regẽ no strum Ludouicũ. Rursus eñ me conuerto: qñ ego vberẽ illic sue laudis materiã reperiã. Is eñ eius modi voluntaria/sed iuuenili quodã furore estuan tia certamina/de quibus paulo acriora disserui/ magnopere phibebat: nisi forte in casibus: si nõ iure/consuetudine tamen introductis vel permis sis: cõtentiones que oriebant in regno/vl inter af fines regni/magno equitatis spamẽto vtplimũ pa cificabat. Aduersus vero hostes fidei/tãta animi virtute ferebat sicut angelus dei/figuratus (quã tum arbitror) per angelum salutis/ qui apparuit Iude machabeo/cũ pergeret in auxiliũ fratrũ su orum: precedens eum eques in veste cãdida/cum armis aureis/hastam vibrans. ij. Machabeorũ xi. Et hec de secundo principali. ¶ Uisum est hactenus de cõparatiõe beatissimi Ludouici ad an gelicã naturã sm duplicẽ eius habitudinẽ: ad deũ scꝫ vt creatura dei: ad regimẽ subditoꝝ vt rex. Re stat nunc videre (si non grauemini) de ipsius hu manitate erga homines. Humanitatis autem (vt hic sumitur) tres sunt partes: scilicet

Humilitas

Mansuetudo

Et misericordia: que appellatione vulgi pietas nuncupat: put tangit Aug⁹. iiij. de ciui. dei. In gentis in rege humilitatis manifestũ indiciũ fuit qꝫ istã secularẽ pompã/fastũ superbũ: qui regibus in ecclesia/in mensa z vbiqꝫ parari solet/ facile cõ temnebat. Quod bonos viros ob eoꝝ virtutẽ ob nixe reuerebat. Quod a reditu prime trãsfretatio nis/nec in sellis/nec freno equoꝝ/nec magis in calcaribus suis vsus est auro/nec serico aut pur pura in vestibus: amplitudine regalis fastigij di gnitate moꝝ retenta. ¶ Multa sunt vltra hec ar gumenta sue humilitatis: que non necesse habeo hic cõmemorare. Mansuetudini vero regie asti pulat/qꝫ barbari z feri homines illi indomiti crudeles qꝫ inter quos tpe captiuitatis fuit conuersat⁹/eũ bonũ virũ et mitẽ appellabãt/facileqꝫ ab eis ama

batur. De cõmiseratione eius dulcissimi regis apud pauperes z afflictos/plura sunt exempla qꝫ vt me moria comphendere vel voce exprimere possem. Demore eñ solebat ter i hebdomada/ videlicet quarta z sexta feria et in sabbato/tredecim paupe ribus/quos in lecto secreto iubebat discumbere: psonaliter seruire. Sabbato autẽ illius eoꝝ pe des lauare/tergere/osculari/aquã manibus ablu endis fundere. Cui psuetudini tẽporib⁹ sacratior bus: vt in quadragesima/in aduentu/ac ceteris so lennitatibus maioribus multũ adijciebat: intan tũ quidẽ/vt ducẽtis qñqꝫ discumbentib⁹ pauperi bus ieiunus ministraret. Domos etiã dei et pau perũ infirmoꝝ crebro visitabat. Hos pascebat: fomentis liniebat. Uniuersos aũt interdũ verbo rũ suauitate recreatos ad patientiã erigebat. Ue rerer ne paruꝫ mihi fidei adhiberetis: nisi eadẽ qꝫ dicturus sum ab alijs vos audiuisse arbitrarer. Fuit nãqꝫ in monasterio regalis mõtis quidam frater leprosus: quẽ tãta huius cõtagionis labes corripuerat/vt oculis exesis/foramina tm viderẽ tur. Rubore quoqꝫ atqꝫ ardore plena: nasus la biaqꝫ fissa erant atqꝫ ruenda. Hunc vt erat solit⁹ visitare/cõuiuantẽ semel inuenit: nixusqꝫ corã mẽ sa genibus/rex eũ salutare/consolari/inuitare at qꝫ pascere cepit: allatis ferculis qꝫ p se fuerãt para ta. Sane cum p fissuras labioꝝ nũc sanguis nunc pus flueret (mirũ dictu) recepto lintheo molli at qꝫ mũdissimo: eũ leniter mungẽdo tergebat. O in signẽ pietate virũ. O regẽ nõ angelis modo com parandũ/sed p ipsos angelos in dextera dei pa tris/ingenti cũ exultatione collocandũ. Corona inquit de lapide pcioso/qua coronant qui misert cordiã agũt/dicẽte ppheta: Qui coronat te in mi sericordia z miserationibus. Cur ergo nunc expa uescim⁹ quecũqꝫ pietatis opa/ibis qꝫ opus habent impẽdere? Aspiciamus queso regẽ nostrũ nudos vestientẽ/ egenos reficientẽ/ cõsolantẽ lãguidos/ leprosis ministrantẽ. Nullũ tandẽ humilitatis of ficiũ eũ subterfugit. At nos transeũtes viã/ si quẽ pauperẽ videmus aliquo forte tumore vel vlcere deformẽ: os cõtinue diuertimus. Heu mihi qꝫ de spicabilis est iste: ille qꝫ horrid⁹: eos ferre nõ pos sum/ita tenero animo sum natus. Tenero te non esse alo pater/sed pitus durissimo atqꝫ adamanti no: qui neqꝫ egestate neqꝫ languore/ neqꝫ deniqꝫ vl la fratris charitate emollitis. Age microcosme ea qꝫ sunt exercitationis pietatis: vt est illud quod de leproso diri leuissima tibi pposito. Ecce paup petit te elemosynã/cur ei negas: Nescis qꝫ qui ob turat aurẽ suã ad clamorẽ pauperũ/clamabit ipsẽ z nõ exaudiet. Ille te poscit stipẽ vel denariũ/qui dedit thesaurũ: imo seipsum totũ dedit/z vẽ di voluit in pciũ tue redẽptiõis. Quãdiu (inqt sal uator nr) vni ex minimis meis fecistis/mihi fecistis. Nõ petit ad dandũ/sed ad remunerãdũ. Ille te pe tit obolũ/a quo petere habes regnũ eternũ/ cui⁹ gloria tu eges: qz nõ sunt cõdigne passiones huiꝰ seculi ad futurã gloriã. Uerũtamẽ si te tantum re mordet impartiri tantillũ pecunie tue: ecce alius venit ad te/nõ aurũ/nõ argentũ/ nõ deniqꝫ vilẽ

operis vel laboris tui officiū exigens: petit solum vt ignoscas ei qui in te peccauerit. Ad hāc elemosynā thesaurus tuus ĩ corde tuo est: ibi q̄rere corā deo potes. Nō tibi dicit: pfer sacculū: aperi arcā resigna horreū: neq3 tibi dicit: Ueni/ambula/curre/loq̄re/festina/labora: stans in vno loco pācere potes de pectore tuo qd̄ tenes cōtra fratrē tuū: facies misericordiā nullo sumptu/ nullo labore/ sola volūtate: dimitte/ ꝛ dimittet tibi. Fortassis inq̄es: quō possū ei dimittere q̄ tā grauiter me offendit? Audi non tuā sed veritatis vocē: Si nō dimiseritis hoībus: neq3 pater vester dimittet vob pec cata vestra. Postremo si nō vis alteri facere misericordiā/ miserere saltē aīe tue. Egrota est: alioq̄n nō diceret pplxeta: Sana aīam meā/ qr peccaui tibi. Medere ei igit vngento cōtritionis/ quod pficit
Q ex recordatione pctōꝝ tuoꝝ cū lachrymis. Nuda est/ scz virtutibus: ergo ne eiꝰ turpitudo pspiciatur/ et nuditate sua erubescat: operi eā vestimento salutis/ hoc est charitate: q̄ operit multitudinē pctōꝝ. Scriptū est enī: Beatus q̄ custodit vestimenta sua/ ne nudꝰ ambulet: Apoc. xvi. Esurit aīa tua: da ei panē vite ꝛ intellectus: ꝛ aq̄ sapīe salutaris pota eā: vt de te merito dici queat: Aīam esurientē satiauit bonis. Captiua est/ et concupiscentiarū laqueis constricta. Hiere. l. Illaqueaui te Babylon et capta es/ et nesciebas. Babylon confusio interpretat: et significat aīam pctōris/ q̄ in cōfusione captiuitatis et tenebrarū illaqueata iacet. Si igit nō vis elemosynis/ ieiunijs et orationibꝰ eā redimere: in quo proderit illius angeli implorare auxiliū/ q̄ beatū Petrū ruptis cathenis eduxit ō carcere: et p medias militū custodias ad portas ciuitatis vsq3 perduxit: Actuū. xij. Per hunc sane angelū puto fuisse designatum beatissimū regem nostrū Ludouicū: qui nos de carcere huius mortalitatis eductos/ p medias aeree potestatis excubias/ solutis carnis vinculis/ ad illā supernā hierl'm/ in qua vt dixi coronatus triūphat/ inuocatis pducit. Quod ille nobis prestare dignet/ q̄ cū patre ꝛ filio et spū sancto vnus est deus/ vnus dn̄s bn̄dictus in secula seculoꝝ: Amen.

Religioso et bono viro: ac

fraterna charitate in christo/ dilectissimo domino Joanni morelli/ canonico regulari sancti Dionysij Remeñ. Joannes de Gerson cancellarius indignus ecclesie Parrhysiensis vere religiōis portum attingere.

R PRidē ac pluries nūc literis/ nunc viua voce postulasti: vt libūvnum in multis codicibus de vita/ conuersatione ꝛ obitu cuiusdam simplicis ac pie mulieris dicte Ermine editū visitarem: presertim qr liber ille continet mirabiles satis atq3 insolitas visiones: quas sibi asserit mulier illa fuisse factas/ et vigilāter ostēsas nouiter a vigilia omniū sanctoꝝ anni nonagesimiq̄nti vsq3 ad festum sequens beati Ludouici/ quo die migrauit a seculo. Nouissime autē magnis obtestationibus et obsecrationibus coniurasti me ita vementer sane: vt vltra differre nō valuerim/ quatinus pro informatione minus eruditoꝝ/ ꝛ ad obstruendū ora volentiū subuertere fidem simpliciū et famā bene et pie viuentiū ledere: in breui describerem/ quid super ex contentis in ipso libello iudicarem sentiendū. Parui tuo affectui: quē fm̄ deum esse non dubito: vidi librum illū et legi/ q̄diu et quantū sufficere arbitratus sū. Et absq3 temeraria assertione/ et cū submissione ad iudiciū sancte sedis apostolice/ et sedentis in ea summi pontificis/ ac omniū melius sentientiū: Dico per modum conclusionis triplicis/ que sequuntur.

¶ Prima conclusio. In pdicto libello nihil continet quod debeat reputari contrariū fidei catholice/ nec alicui articuloꝝ credēdoꝝ. Cuiꝰ ratio est qm̄ oīa q̄ ibi posita sunt: sunt in se vel suis silibus diuine omnipotentie possibilia/ lege etiā statuta pmanente: qm̄ silia omnino vel saltē talia/ de quibꝰ idē haberi pōt iudiciū: legunt in historijs autenticis in de vita sanctoꝝ patrū/ de impugnatione atq3 illusione demonū/ multipliciter ꝛ silr eis facta.

¶ Secunda cōclusio. Quāuis nō sit necessarium ad salutē credere oīa ꝛ singula de facto contigisse: et taliter qualiter in predicto libello narrat: puto nihilominus esse temerariū et inciuile talibus oīno pertinaciter dissentire/ aut aīositate obstinata eadē impugnare. S
¶ Ratio primi est: qm̄ plurima taliū iacent in facto/ quod impertinens est ad fidem. Multa insup ibidē ponunt pro miraculis q̄ naturalit saluari possent: licet etiā silia miraculose cōtigerint: non oīa tñ vt ponūtur possūt a miraculo defendi. Ratio secundi est: qm̄ naturalis equitas hoc habet: vt quilibet vellet credi assertionibus suis: precipue iuramento vallatis: aut saltē nō impugnari pertinaciter de falsitate seu periurio. Periret itaq3 oīs politica cōuersatio/ si fides vnicuiq3 negaret. Est vero principium iuris naturalis diuinā lege firmatū. Quod ab alio oderis fieri tibi: vide tu ne aliquādo alteri facias. Nemo pterea ciuiliter viuens/ debet pertinaciter negare fidē dictis alterius/ vbi non apparet falsitas vel lesio clarior veritatis. Cū igit contenta libelli de quo loquimur/ sub tam graui et multiplici attestatione ꝛ in mortis articulo posita sint: et veritas precipue fidei nulla inde violat/ immo potius corroborat et honorat: nec ex illoꝝ pia credulitate videt ĩ moribus emergere periculū: patet quod dictū est. Addito q̄ nō est abbreuiata manus domini/ qui similia et maiora q̄ olim/ nostris tēporibus possit opari. Nec pterea sequi oportet/ si multa taliū possint absq3 miraculis saluari/ q̄ negent ex hoc esse miracula. Nā sicut eadem mors diuersis causis: ita idē effectus diuersis modis potest euenire. Et vbi dubiū incidit de miraculo: videtur diuina omnipotentia magis honorari/ et christiana religio pie attribuere ad miraculum id quod euenit/ q̄ obstinate a miraculo defendere: supposito semper q̄ doctrina veritatis maneat infracta. Nam cum publicatione heresum mihi esset mortui etiam suscitatio suspecta ꝓ ꝛsus et execratione plena. In hoc enī verum est illud Sapientis:

Qui cito credit/leuis est corde. Et profecto nõ va
cat hoc vnicum ab admiratione(ne dicam mira-
culo)si mulier idiota et rusticana tot et talia sciuis
set confingere/qualia ibidem recitantur.

T ¶ Tertia cõclusio. Tã ob paruã eruditionẽ mul-
toꝝ in sacris scripturis ꝛ historijs/ ꝙ ꝓpter obsti
natã quorũda incredulitatẽ ꝛ durã ceruicẽ:nõ ex-
pedit passim ꝛ generaliter modo publicare: sed il
lis dũtaxat quos verisile erit exhinc salubrit̃ edi
ficari. Ratio primi est:ne det̃ sanctũ canib⁹:ꝛ mar
garite ꝓijciant̃ ante porcos:apud quos ois cogi
tatio de potibus est ꝛ crapula:quib⁹ oĩs sermo
de religione/de deo/angel̃ ꝛ demonib⁹ ꝓ fabula
est:et tanꝙ aliqd indignũ suo assensu et ſupbo et
crasso ingenio contẽnit̃ ꝛ calcat̃. Ratio secundi
est:qm̃ apud hõi compositos ꝛ sollicitos de salute
sua/põt colligi ꝑ hoc multiplex ꝓfectus eorũ que
ibidẽ enarrant̃. Primo:qm̃ mulier ista est in spe-
culũ penitẽtie ꝛ austeritatis ꝛ luct⁹. Est aũt euãge
lica veritas/ꝙ penitẽtib⁹ appropinqt regnũ celoꝝ
Propterea hec femina paupcula an⁹ absqꝫ lrĩs ꝛ
opibus: data mihi videt̃ i argumentũ nõ medio-
cre veritatis illius aplice:ꝙ infirma mundi elegit
deus vt ꝯfundat fortia. Et nũquid demones sunt
fortes: de quorũ principe dicit scriptura:ꝙ nõ est
fortitudo sup terrã q̃ huic debeat cõpari? Sed q̃
c. confusio maior fortib⁹ illis potuit fieri: vel q̃ illu-
sio insignior dari draconi/qui fact⁹ est ad illuden
dũ ei:ꝙ a muliercula et tali muliere tã crebroꝛ tur
piter vinceret̃? Plane mihi videt̃ vidisse/insanijs
se/fremuisse et frẽduisse dentibus atqꝫ tabuisse:cũ
periret desyderiũ pctõꝝ. Quia in re nihil mirandũ
est/si viris fortioribus sit ista nõ cõtingũt. Diuisio
nes eñi gratiaꝝ sunt/quas operat̃ vnus et idẽ spi-
ritus/diuidens singula singul̃ ꝓut vult. Nã pusil
lũ ac magnũ ipse fecit. Sed et multis q̃ mundũ vi
cerũt: hostes minores(mundũ loquor/carnem et
sanguinẽ)parcit deus: vt nõ permittat tanta eos
spũaliũ tẽtationũ mole premi ꝛ impugnari supra
id quod possunt. Istã vero paupercula spũ/diui-
tẽ in fide: elegit deus: vt nõ glorief̃ ois caro in con
spectu eius. Ceteꝝ ex gestis hmõi perpẽdere licet
quãta est versuta malignitas demonũ/ꝙ impro-
ba et dira nocendi cupido/quantus furor ꝛ astu-
tia ad seducendos hoies:nũc terroribus/nũc blã
ditijs/nũc mille fallaciũ miraculorũ artibus. Cõ
tra q̃ oĩa requirit̃ ꝛ sufficit triplex virtutis auxi-
liũ/quod in hac muliere legit̃ abundasse. Primũ
est humilitas ꝓfunda et vera/qua se indignã oĩ
bono/et meritã omne malũ indicat:nõ quidẽ ore
solo vt multi/sꝫ corde toto intrinsecus. Et hoc ex
cõsyderatione vehemẽtissima et assidua ꝓprie fra
gilitatis et defectus/respectu diuine potẽtie atqꝫ
bonitatis: talis humilitas est que euadit laqueos
vbilibet ꝓtensos/sm oraculũ factũ diuinitus An
tonio. Secũdũ est fides firma/viua ꝛ certa de deo
ꝙ absqꝫ eius nutu/prouidentia ex volũtate/nulla
põt aduersa potestas nocere homini:ita vt auda-
cter prouocet̃ inimicoꝝ rabies ad sui nocumentũ
ex fide certa/ꝙ nihil agent nisi quantũ et qualiter
licentiauerit altissimus. Hoc modo implet̃ illud
de leone infernali: cui resistite inquit fortes in fide
Tertiũ est prudẽs simplicitas ꝛ indocta(vt ita di
xerim)sapientia: que nõ innitit̃ prudentie ꝓprie:
sed oĩa agit cũ consilio. Et hec est columbina si
mul et serpẽtina discretio/rectrix et auriga virtu
tũ: sine qua virtus prolabit̃ in vitiũ. Naꝫ ꝯfestim
vt aliquis sapiẽs est in oculis suis/et spernit consi
liũ: de illo actũ est:et exponit̃ omni demonũ ludi-
brio: imo et sm cuiusdã sancti patris sentẽtias/si-
bimetipsi iã demon effectus est. Patet ad extre-
mũ ex libello ꝓfato: quãta acerbitas suppliciorꝝ in
inferno erit/ꝛ q̃nta in cel̃ suauitas gaudioꝝ. Nec
sum nescius frater in christo dilectissime: qn mul-
to plura vtiliter de admirabili hui⁹ deuote ac pie
mulieris vita dici possint. Sed ista ad satisfactio
nẽ tue petitionis estimaui sufficere. ¶ Tẽpus ad- x
erit forsan/quãdo plus dabit̃ ocij: vt latius de his
scribã. Respondẽs obiectioibus q̃ fieri pñt: sicut
ꝛ in oĩbus fere/etiã verissimis fieri posse nõ du-
biũ est. Subscripserũt huic litere manibus ꝓprijs
in testimoniũ paris mecũ sententi et cõsensus il-
li quos tales esse cognoscis/qui verisimiliter non
possint nec velint decipere: quibus nec visum est
impune posse mentiri. Bene vale.

Sequuntur alique

diffinitiones terminorũ/vtiles valde pro intelle-
ctu sacre scripture/posite ab eodẽ magistro Joã-
ne de Gerson.



Deus est quo ma
ius excogitari nõ põt. i. ꝑfecti
us: qr magnitudo in spũalib⁹
est eaꝝ ꝑfectio. Mundus
est vniuersitas rerum ab arte
diuina conditarũ: que res ab
eius dominãtissimo ꝛ liberri
mo regimine suis legib⁹ ordinãt̃. Ul̃ sic. Mũdus
est ens vniuersũ ꝛ ꝑfectũ: vl̃ est vniuersitas ꝑfecta
Perfectũ est ens hñs illud quod ei cõgruit: aut
quod sue integritati debitũ ẽ. Mũd⁹ archetyp⁹
est deus: vt ab ipso vnico ꝛ simplicissimo ꝓducibi
lis est: mũdus exterior ꝑ vtraqꝫ sui pte/spũali scꝫ ꝛ
corpali. Mũdus idealis/idẽ. Mũdus exempla
ris/idẽ. Mũdialis ars et primordialis/idẽ. Ma
crocosmus est maior iste mũdus exẽplatus ꝛ ꝓdu
ctus a mũdo archetypo deo: cõtinẽs in se vniuer-
sam creaturã/corporalẽ et spũalẽ/ad ipm deum fi
naliter ordinatã. Microcosmus/est minor qui-
dẽ mũdus/continẽs in se duplicẽ substantiã/ cor-
poralẽ scꝫ et spũalem dei capacẽ/ ad finem beati-
tudinis ordinatas. Minor mundus est nexus
quidã duplicis substãtie/corpalis et spũalis: rati-
one cuius nexus ipse capax est omniũ/tã spũaliuꝫ
ꝙ corporaliũ: gerens eoꝝ quandã imaginẽ et ex-
emplũ. Mundus spũalis in mundo maiori/est y
vniuersitas creaturaꝝ spũaliũ. Ul̃ specialꝫ. Mũ
dus spũalis est vniuersitas intelligentiaꝝ separa
tarũ cũ suis actibus vel habitibus spũalib⁹ ordi
nata ad deũ ꝛ int̃ se ꝛ ad inferiores creaturas/idẽ.

Hierarchia celestis/idē. Speculū eternitatis. Catena eternitatis/idē. Catena aurea/idē. Liber spūalis/idē. Mūdꝰ corpalis/est vniuersitas substātiarū corpaliū vl' extensarū cū suis accidētibꝰ ordīata ꝑ genera/spēs ⁊ idiuidua: ⁊ ꝑ motꝰ ⁊ fines subordinatos ad supmū finē deū. Catena argētea/idē Liber nature visibil' vel sensibil'/idē. Carmē sensibile mūdi/idē. Scala iacob/idē: vel est macrocosmus. Mūdꝰ spūal'i microcosmo/est aīa rōnalis vt hñs agere suū sepatū ab organo corpeo. Potētia rōnal'/idē. Aīa rōnal' est substātia spūal' idiuisibil'/libera naturaliter: innitēs corpi/vt ex ea informāte corpꝰ/fiat vnū cōpositū quo dicit' hō: hoc est aīal rōnale mortale. Microcosmꝰ spūal'/idē Hierarchia spūalis ⁊ subcelestis/idē. Informare est actuare subiectū i genere cause formal': vtute cuius actuatiōis denoīationes/q̄ competūt forme i abstracto/ cōicant' materie vel toti cōposito in ꝯcreto: nisi sint denoīationes includētes negationes atq̨ subiecto repugnātes. Mūdꝰ corpalis i mūdo minori est aīa: put ipsa hꝫ agere suū ꝑ organū corporeū: aut est compositū ex corpe ⁊ aīa sic se habente in agere suo corporeo. Potentia corporea/idē. Ars est recta ratio practica seu factiua: s'm quā agens rōnale rē aliquā causare pōt aut ꝓducere. Ars diuina q̄ ⁊ idea dicit' ⁊ mūdus archetipꝰ ⁊ exemplar: est diuina essentia vt est imitabil' diuersimode a creaturis: ⁊ vt est earū ꝑ intellectū ⁊ voluntatē ꝓductiua. Dominiū dei i mūdo/est ius plenū possidēdi mundū rōne creatiōis ac mediāte possessione libere vtendi oīibus contentis in eo. Ius est facultas seu potestas competens alicui s'm dictamē recte rationis. Libertas est facultas rationis et volūtatis ad vtrūlibet oppositorū. Actꝰ liber essentialiter/est actus a volūtate elicitus eligibiliter vel ex electione rōnis: ⁊ ita complectit' vtrūq̨. Actꝰ liber participatiue/ est actus a volūtatis electione solū mediate ꝓductus. Regere est rē in suum finē deducere. Regere suauiter ⁊ fortiter/est rem in suū finē absq̨ eiꝰ resistentia: sed cū oīimoda obediētia ⁊ absq̨ frustrabilitate deducere. Lex est recta rō practica s'm quā motus ⁊ opationes rerū in suos fines ordinate regulant'. Vel est ipsa talis regulatio i quocū q̨. Lex prima est beneplacitū seu voluntas sūma dñi dei/ prestituentis rebꝰ a se cōditis fines suos ⁊ motꝰ ⁊ opationes ad illos. Vel sic. Lex pma est diuina volūtas/prestituens ordinē rebus a se cōditis. Recta ratio practica/est vis cognitiua rōnal'/dictās ⁊ docens ordinē in rebus singul' cōseruare: ⁊ dare vnicuiq̨ quod suū est. Suū leuāq̨ re seu ius seu debitū: est facultas seu ptās que dā cōmunicata eidē rei a volūtate superioris sui. Et hec est lex de qua legiste: quod placuit principi legis habet vigorē: q2 prius est debitū q̄ recta ratio dictet illud esse debitū: et illud nō potest reduci nisi ad dei voluntatē: Iusticia est cōseruatio iuris: vel est perpetua ⁊ constās volūtas/ reddens vnicuiq̨ quod suū est. Et capit' hic ꝯstans ⁊ ꝑpetua volūtas (si descriptio cōuenire debeat humane iusticie) ꝑ habitu virtuoso; qui ꝓpter stabilitatē dicit' perpetuꝰ ⁊ constās: et sic actꝰ inde ꝓcedens: q2 a recto deflecti nunq̄ pōt. Ordo est pariū dispariūq̨ rerū/sua cuiq̨ loca tribuēs dispositio. Vel ordo est dispositio plurīū/tribuēs vnicuiq̨ quod suū est. Vel ordo est debita collatio rei. Locus rei cuiuslibet: est finis suus in quo ꝯseruata quietat'. Lex eterna est diuina volūtas ordiatiua rerū a sua arte ꝓducibiliū vel ꝓductarū quo ad opationes ⁊ motꝰ ⁊ fines singularū. Vel est ꝑpetua ⁊ constās volūtas/ius suū vnicuiq̨ tribuens.

Lex creata seu participata/ est participatio vel emanatio vel mutuatio vel silitudo quedā analogia legis eterne: vel effectꝰ eius ordinē in rebꝰ ꝯditis aut seruās aut seruare dictās. Lex nature ē i rebus creatis regulatio motuū ⁊ opationū ⁊ tendentiarū in suos fines. Pctm̄ est legis trāsgressio seu violatio. Lex obligatiua est lex insinuata libero arbitrio creato/signo/v'bo aut facto ligās ne ipsa violet'. Lex pceptiua ꝓprie/est lex libero arbitrio insinuata/signo/verbo aut scpto: iubens sub pena dissolutionis amicicie inter deū ⁊ liberū arbitriū: ne ꝓ cōmodo vl' incōmodo violet'. Culpa est trāsgressio volūtaria legis obligātis. Reatus est dignitas q̄ ordinat' aliq̄s ad penā ꝓ culpa. Vel reatus est dignitas ad penā ꝓ culpa. Macula est priuatio aliciꝰ pulchritudinis i aīa debite inesse sibi. Culpa mortalis est trāsgressio volūtaria legis pceptiue. Reatus mortalis/est dignitas ad penā mortis ꝓ culpa. Liberum arbitriū/est facultas rationis atq̨ volūtatis: potēs imperare ceteris viribꝰ cognitiuis ⁊ affectiuis: imo rōni ⁊ quādoq̨ volūtati cum certis respectibus.

Imperiū liberi arbitrij/est dominiū ratiōis dictantis aliquē motū et volūtatis exequētis illū in vires inferiores/vel tanq̄ inferiores in hoc obedientes. Dictamen rōnis exprimit' ꝑ verbū indicatiui modi: vt q̄ hoc est faciendū. Executio ꝑ verbū impatiui modi: vt fac hoc. Ratio est potentia anime cognoscitiua/respectu conclusionū deducibiliū ex principijs libera s'm aliquos essentialiter: s'm aliquos solū participatiue. Voluntas est potētia anime affectiua rōnabiliter: hoc est ex cognitione rationis: potens ceteris oīibꝰ eq̄liter se habentibus elicere actꝰ suos immanentes.

Actus immanētes eliciti sunt velle ⁊ nolle deliberatū: ⁊ actus quidē medius suspēsiuꝰ vel experimentatiuꝰ. Lex cōsiliatiua vel consiliū/ est lex libero arbitrio insinuata: cuiꝰ obseruatio laudē habet: ⁊ violatio culpā nō habet. Lex cohibitiua quasi media inter preceptū ⁊ cōsiliū: est ex libero arbitrio insinuata signo/aut verbo/aut scripto/ligans ne violetur. Cuiꝰ tamē violatio nō est dissolutiua amicicie et vnitatis inter deum et liberū arbitriū/nec inter hoīes ad inuicem. Culpa venialis est transgressio voluntaria legis cohibitiue.

Culpa est violatio seu priuatio modi/ speciei et ordinis/competentiū libero arbitrio vt liberū est.

Modus in rebus/est limitatio diuine potentie efficiētis. Species est limitatio diuine sapiētie exēplaris. Ordo est limitatio diuine bonitatis finiētis. Mensura est modus. Numerꝰ est spe-

deo. Pōdus est ordo. Et primis cōrfidet vni-
tas/secūdis veritas/tertijs bonitas. Modus ꝛ
mensura ꝛ vnitas in libero arbitrio vt tale est/attē
dif in efficiendo vel nō efficiendo/libere ꝯformi-
ter ad diuinā potentiā agentē. Species/nume-
rus et veritas/cōformiter ad diuinā sapientiā ex-
plantē. Ordo/pōdus ꝛ bonitas/cōformiter ad
diuinā bonitatē finientē. Lex naturał aīaliū/est
lex quā hȝ quodlibet anīal/nō impeditū vel indis-
positū. Lex naturalis hoīm/est dictamen legis
practicū: quod natus est habere quilibet hō non
impedit⁹ in vsu rōnis/nec ī dispositiōe corporis/nec
C ex depravatione vitioꝝ. Lex diuina ꝑprie ī hoī
bus/est lex ꝑ diuinā reuelationē accepta ad regi-
men plurimoꝝ/ꝑ fine beatitudinis principaliter
ordinata. Primū ponif ad differentiā legis ꝑ-
uate. Aliud ad differentiā legū iudicialiū in antiq̄
lege. Lex priuata/est lex ꝑ diuinaȝ reuelationē
accepta: ad regimen ꝑsone singularis vel pauco-
rū. Diuina reuelatio/est illustratio hūane natu
re rōnalis: ad quā habēdā vel modū habēdi: ipsa
de cōi cursu sibi indito nō attingit. Lex humana
seu positiua/est lex per ratiocinationē ex lege na-
turali deducta in consequentijs ꝑbabilibus: ad fi
nem debitum humane creature. Probabile di
citur/quod pluribus et maxime sapiētibus appa-
ret verū. Lex ciuilis ꝛ temporalis/est lex huma
na ad finem naturalē socialis vite hōi regulande/
immediate ꝛ principaliter ordinata: ꝛ ꝑ illū q̄ cu-
rā cōitatis gerit sufficienter ꝑmulgata. Lex ci-
uilis et spirituał/est lex humana ex principijs cre-
ditis vel per se notis/probabiliter deducta: ad fi-
nem supernaturalem immediate et principaliter
ordinata: per illū vel illos qui curaȝ cōmunitatis
habent/sufficienter ꝑmulgata. Lex charitatis
in via/est ius propinquū fruēdi deo ꝑpter se: ꝛ ce-
teris omnibus vtendi ꝑpter deū: quomodocunq̄
iuste placuerit ad meritum vite eterne. Jus est fa-
cultas seu potestas quedam propinqua/compe-
sericordie in pnti seculo: qm̄ sctī sctēqꝫ oēs veluti
qdam assessores iudicātis pnie misericordis inter
cedūt ꝓ illis quos huic curie submitti viderint. Li
berāt quoqꝫ sepi⁹ reos suis interuentib⁹: vbi τ q̄ se
meli⁹ τ humili⁹ accusauerint/ipsi pter morē iudici
orū humanoꝝ remissionē ampliorē ꝯsequēt. Quia
ex re manifestā in se strictiā ostēdūt/q̄ pnias aut re
fugiūt/aut leuissimas aut insufficiētes qrunt: pa-
res illis quos ꝟge territāt τ ferrum/ignesqꝫ se pati
malle crederent. Attn̄ qd est pnia pns/nisi puerilis
qdam flagellatio: si ad torturas vel purgatorij vl'
gehēne seuerissimas cōparet. Hoc ipm q̄ fida ꝓfū
daqꝫ viue fidei ꝯsyderatiōe videret: affirmo φ non
solū nō refugeret dolorē pnie pntis aut voluntarie
aut deo disponēte casibus varijs immissum/ꝫ eti-
am cum gaudio toleraret: sciens φ non puniet de
us bis in idipm: τ φ breue hoc τ momentaneū tri
bulationis supra modū immensum glie pondus
opat in nobis. Nec mirabit hoc aliqs me dicere
si silitudinē in ipsis etiā puerulis ostēderim. Pro-
ponat puero qntūcūqꝫ timido ꝟberis φ aut mor-
te plectet ꝓ delicto suo/aut ꝟberaret. Quis nō vi-
deat ꝓposita hac ꝯditiōe/qn ipse ꝟberari nō solū
vellet/sed cū instātissimis precib⁹ τ lachrymis id-
ipsum si sibi negaret/postularet. Quare hoc? Cer
te ne horribili snie mortis subiaceret/quam scit se I
non nisi ꝑ verbera euasuꝝ. In electione pnius sili
constitutus est pctōr: qꝛ aut hic vltro suscipiet pe-
nitētie ꝟber/aut mortis eterne supplicio subiace-
bit. Hinc apit intellectus illi⁹ qd̄ dicit aplš: in tri
bulatiōe gaudētes/τ taliū absqꝫ numero. Consti-
tuam⁹ ḡ nos corā tribunali misericordis pnie: et
tres eius comites amplectamur: q̄ sunt: Cōtritio:
Confessio: Satisfactio. Porro cōtritionē ex qua
tuor integrari nouerimus: q̄ sunt: Motus liberi
arbitrij in deū sup oia diligēdū. Scdm mot⁹ eius-
dem liberi arbitrij in detestationē pctī. Tertiū in-
fusio grē gratū facientis. Quartū expulsio culpe.
Possumus addere qntū/pueutionē.s. diuinā: q̄ li-
berꝫ arbitriū mouet τ excitat ad ea que dicta sunt.
Qualis aūt sit ordo inter ista qnqꝫ/non facile ē vl
cumqꝫ diffinire: qm̄ plerūqꝫ sunt simul tempe. Et
quo ad nature prioritatē/si respect⁹ habeat ad sub-
iectum: pus est expulsio culpe/qꝫ infusio grē. Sive
ro referamus ad agens/econuerso se res habet: qm̄
pus agens intendit infundere positiuā gratie dis
positionē/qꝫ priuatiuā expellere. De his subinde trib⁹
comitibus pnie/ꝯtritione/cōfessione/satisfactione
latissima est determinatio ꝑ doctores. iiij. sen. di.

stinctionibus ad hoc spectātibus. Et infra (q̄tum videro expedire) q̄dā ex vtilioribꝰ excerpe ꝓposui. Nunc itaq̄ vocant me aliorsum: q̄ q̄dā litigiosi et mendaces aduocati. i. vitia (quos in ipsa meditatione mea cōspicio magnis boatibꝰ aduersari) his q̄ salubriori cōsilio ad hāc pnie misericordis curiam accedere volūt: arguū malesuadis sermonibꝰ nūc blandiēdo / nūc terrēdo: q̄ stultū est inquiunt / in hac vita se gratis affligere: ⁊ nō q̄rere sublimes ⁊ pulchros honores / ɔtēpto sacco ⁊ cinere: q̄ stultū est insup̄ non q̄re iocūdissimas voluptates, reiecto cilicio / verbere ⁊ ieiunio. Pars opponit / alij spem longe vite / alij desperationē a mala consuetudine resurgendi / alij pudorē in confessione: alij allegant peccantiū multitudinē ⁊ auctoritatē / pars difficultatē satisfaciendi / ꝑs cadendi frequētiā ⁊ instabilitatē resistēdi. Et vt paucis absoluā / talium nequā aduocatoꝝ copiosior est multitudo / q̄ vt numerare nostꝝ sit: quoꝝ hic ordo est nō habere ordinē / fides nō tenere fidē / finis a fine auertere. Ue vemūdo ab his pestibus monstruosis ⁊ horrendis. Seuiunt oēs magna rabie ⁊ miserabiles alas ex turbāt ab hac penitētie curia: quaꝝ vna origo est vna radix vitiosa / vna parēs improbatissima / quā appellamus originalem nature corruptionem seu tyrannidē mēbroꝝ / seu legem pcti / aut alio tali nomine. Oēs quoq̄ pestes iste horrore sempiterno ɔfuse sunt: ipse tñ participant in sup̄bia vel elatiōe q̄ est appetitus ꝓprie excellentie ⁊ subiectionis fuga ⁊ diuine maiestatis quoddā phātasticū. Quisq̄s eñ singulos instinctus stimulātes ad malum / ⁊ auertentes a bono / diligēter intus ⁊ extra discuteret: agnosceret in eis p̄ncipalē stimulū esse superbiā: vt vere sensit q̄ nole ols iniusticie sup̄biā intelligi voluit: ibi: Non dñet in me ols iniusticia: glossa: sup̄bia: q̄n ipsa in omni iniq̄tati repit̄ atq̄ dñat̄. Quid eñ q̄rit auaricia / nisi ꝑ se sufficientiā: ⁊ nulli alteri ꝑ indigentiā subiacere? Quid enim luxuria expetit? vtiq̄ tranq̄llitatē ⁊ pacem iocundam: quam res altera neq̄ conturbet / neq̄ ducat nolētem / neq̄ violenter? Amplius etiam ipsa pusillanimitas / que sup̄biam videt̄ aspernari / superbiam secum amplexat̄ / dum sensum ⁊ iudiciū suū p̄fert iudicio sup̄ioris sui. Dum p̄terea sui iuris esse mauult q̄ alioꝝ / vbi p̄t ⁊ debet cōmoditatibꝰ obseq̄. Et hec plane nō timiditas sola est / sꝫ vane libertatis appetitꝰ. Subinde curiositas sciēdi q̄tū abūdet in sup̄bia / scire ꝑfacile est qō in p̄mis parētibꝰ liq̄do constitit. Deniq̄ causa ista est p̄cipua cur vitium quodlibet aduersat̄ pnie salutari: q̄ penitentia in humilitate fundata est. Simil̄r a vitio quolibet fides impugnat̄: quoniā radix fidei humilitas est / ⁊ ad deum subiectio. Abijciamus ḡ sup̄biam a nobis viri patres ⁊ fratres / q̄ etsi nō radicitꝰ euelli pōt a nobis q̄diu maledictā terrā circūferimus: q̄ gerininet assidue nobis hunc tribulū: ipsa saltem mox vt infaustū germen extulerit resecetur ɔculcetur / destruatur: alioquin non satis obedimꝰ dicenti christo: Penitemini ⁊ cre. euā. Et q̄m sic ī cidit / vt de pueris aduocat̄. i. vitijs pniam dissuadētibus loq̄remur. Et inter illa p̄mū esse repimus sup̄biā: ꝑgamus inq̄rere quō sup̄bia pniam ⁊ ɔsequēter fidē impugnat: p̄sertim apud scholasticos. Ad illos q̄ppe nūc vox locutiōis infert̄: nec infert̄ tanq̄ ego sine pctō existēs velim peccātricē alam lapidare: sꝫ alios monēs eisq̄ cōpatiēs / ineñet admoneo / me audio / mihiq̄ vt ceteris ɔdoleo; velut si lāguētes quos vna febris grauat vel alligat / sese alligat / sese alloquant̄: inuitus quoq̄ seip̄os q̄relis vtcūq̄ solent̄. Sup̄bia scholasticos a pnia ⁊ fide viua p̄pediēs / duas in eis filias infelices (nisi ꝓuiderint) gignere solita est / curiositatē ⁊ singularitatem. Malas ꝟo filias ex pessima matre: q̄bꝰ insup̄ misera soror addit̄ inuidia / quaꝝ ꝓgenies infausta multiplex est sup̄ numeꝝ / ibi contētio / disceptatio / ꝑtinacia / erroris defensio / amor proprij sensus / immansio in opinionibus vel suis vel suorum. Deniq̄ scandalizatio ⁊ ɔtemptus simpliciū atq̄ omnis doctrine humilis abominatio. Quid autem penitenne / quid fidei magis aduersuꝫ cogitari p̄t q̄ sint hec oia. Curiositas ē vitiū quo dimissis vtilioribꝰ / hō ɔuertit studiū suū ad minꝰ vtilia vel inattingibilia sibi vel noxia. Uariat aūt cōparationē hāc magis ⁊ minꝰ vtiliū / ipsa ɔsyderatio finis s̄m tp̄s / locū / ꝑsonā / etatē / statū / ꝓfessionē / rēpublicā / cū ceteris circūstātijs. Nēpe qō vni est inutile vel idecēs / alteri ɔgruū aut in p̄cepto positū repit̄. Singularitas est vitiū quo dimissis vtilioribꝰ hō cōuertit studiū suū ad doctrinas ꝑegrinas ⁊ insolitas. Et hic sil̄r finē attēdi necesse est. Uidetis q̄ curiositas ⁊ singularitas assilant̄ in multis vt sorores solēt: sꝫ eaꝝ vult̄ ex rōne obiectali varia q̄dā distinctiōe secernunt̄: vtraq̄ eñ culpat̄ / q̄ deserit vtiliora: qō ꝓfecto nō fit absq̄ cuiusdā excellētie ꝓpe desyderio. Curiositas vt sciat alia q̄ opꝫ. Singularitas vt ceteris emineat. ¶ Eliciamꝰ hoc loco ɔsyderatiōes aliq̄s morales ad cōmonitionē scholasticoꝝ / p̄sertim theologoꝝ. ¶ De curiositate et singularitate alioꝝ spēalr̄ ecclīasticoꝝ / ⁊ spēalissime prelatoꝝ ⁊ religiosoꝝ: in hoc q̄ dimissis sacris nre legis l̄ris ipsi traditōibꝰ hūanis cognoscēdis / aut alijs vilioribꝰ occupant̄: ꝑnūc nihil ad nos / q̄ foris sunt / nec nos audiūt. Sola cōsyderatio p̄sentis erit lectiōis. Alia eñ dicturꝰ sūꝫ cōcernētia statū huiꝰ sacre facultatis theologie: reliq̄s cōsyderatiōes lectio sequēs expediet.

Prima consyderatio.

¶ Phos ātiquos sicut curiositas fefellit / ita formidandū est ne theologos nr̄i tp̄is ipsa filis curiositas decipiat. De errore phantiū causato ex curiositate nimia loquit̄ Seneca in epl̄a de liberalibus artibꝰ / ⁊ Hugo melius in ꝓemio cōmenti sui sup̄ angelicā hierarchiā. Physica siquidem perscrutatio ductū rōcinatiōis naturalis insequens neq̄t in immēsum ꝓgredi: certis eñ limitibus coartetur oportet / quos limites dū p̄tergredi sup̄ba curiositate conat̄: q̄d mirādū si preceps ⁊ si absq̄ ductore ⁊ lumine ceca ambulās offendat ad lapidez erroris: ⁊ impingens se cōterat. Ductus itaq̄ rōcinatiōis naturalis ad hoc ꝑtingit / vt sciat̄ eē vnꝰ deus / princeps ⁊ rector oīm / q̄ dedit oībꝰ eē ⁊ viue

re: his quidē clarius/illis vō obscurius. Inuisibi
lia eni dei a creatura mūdi p ea q̄ facta sunt intelle
cta cōspiciunt: sempiterna quoq; virtus eius ꝛ di
uinitas. Est quippe oībus inditū ꝛ multis natura
li demōstratione ꝯclusum: vt de⁹ sit quo nihil me-
lius cogitari pōt: esse qui habeat quicq̄ est melius
ipm q̄ nō ipm. Hec est eni phīa quā apostol⁹ ꝛ in-
structus ab eo Dionysius noīat dei sapientiā/ im
mo ꝛ reuelationē. Deus (inq̄t aplūs) reuelauit eis:
quā reuelationē intelligo lumen vultus dn̄i signa
tum sup nos: quēadmodū pulcherrimo ꝛ euiden-
tissimo cōpendio diuin⁹ Bonauē. deducit in suo
itinerario mētis ad deū. Qui libellus omni laude
superior est: nec admirari sufficio q̄liter patres ꝛ fra
tres minores dimisso tanto doctore (qualē nescio
si vnq̄ studiū parrhysieñ. habuerit) ꝯuerterunt se
ad (nescio quos) nouellos: pro quibus parati sunt
pedib⁹ ꝛ manib⁹ decertare: tandē quantū in alijs
ꝓficiāt ipsi viderint: sed de hoc al's. Porro si phi
losophi se inter hos limites coartassent: et deū sic
cognitū (vt dignū fuerat) glorificassent: bene erat
cū eis: sed ꝓgere vltra volētes defecerūt scrutātes
scrutinio. Quo pacto sic? Quia certe ea q̄ in liber-
rima potestate dei posita erant: dū attingere ꝛ ad
N quasdā necessitatis regulas adducere conati sunt
ipsi euanuerūt in cogitationibus suis: ꝛ obscura-
tū est insipiens cor eoꝝ. Exēpli gratia: Qualiter ꝛ
quādo mūdus inceperit: aut si finiturus sit sciri ne
quit ex quibuscūq; experiētijs quas philosophia
sequit. Quoniā hoc in liberrima ꝯditoris volūta-
te situ est. Philosophi igit dū hoc secretū diuinē
volūtatis penetrare: duce experientia moliuntur:
quidni deficiāt? Quoniā sicut diuina volūtas hui⁹
ratio est: ita solis illis scire ꝯcessum est: quib⁹ ipsa
voluerit reuelare. Ita de incarnatione ꝛ de reliq̄s
nostre fidei articulis diceremus ꝓpter q̄ exultans
iesus in spū dixit: Confiteor tibi pater celi et terre
ꝛc. Et sequitur: Ita pater: q2 sic placitū est ante te:
glossa: nō meritū nostrū. ¶ Qua in re cōcludim⁹
cū articulo parrhysiē. articulos fidei nullo modo
esse ꝯtra philosophiā naturalē: sed eidē poti⁹ ꝯso-
na sunt: q̄q̄ eos attingere ꝛ inuenire suū nō est: pre
sertim nisi diuina fidei reuelatione q̄ tales veritates
subministret. Interrogat⁹ ergo phūs: Est ne mun
dus eternus? Rńdere debuit: Questio hec sup me
est: qm̄ deus oīa sicut voluit ꝛ fecit ꝛ faciet. Iter
roget de hoc dūi voluntas ab eis: quib⁹ hoc reue
lare dignat⁹ est. Hi sunt ꝓphete nostri: quoꝝ pro
phetice denūciationes de futuris fidē faciunt: dū
experti sunt q̄ de p̄teritis ꝛ incognitis enūciaue-
runt veritatē. Hinc fortassis sobrie sentiēs aristo:
hanc ꝓpositionē inter ꝓblemata posuit in phy
sicis. ¶ Utrū mūdus sit etern⁹? Occurrit hic ali-
quis ꝛ dicet: q̄ physica ratio cōmunis inueniat deum
esse primū mouēs ꝛ primā causam ꝛ finē oīm: non
inuenit tñ q̄ agat libere libertate ꝯditionis: sꝫ ma
gis naturali necessitate et quadā ꝓprietate illi⁹ q̄
summi⁹ diffusiua est bonitatis. Hec est (fateor) to-
ta ꝛ p̄cipua radix erroꝝ in istis philosophantib⁹:
qui ex immobilitate ordinis in vniuerso: quantū ha
ctenus experti: causam hec omnia regentē: non so

lum immobilē (hoc eni vere sapuissent) sed deter-
minatā ad taliter agendū: cum impossibilitate ali
ter ordinandi cōcludere putauerūt: hoc autē non
ita debuerūt. Cui eni venire in dubiū potest: quin
perfectius sit atq; nobilius suū effectum extrinse-
cū non cōmensuratū potētie sue habere in libera
potestate q̄ ipsum de necessitate ꝓducere? Q̄ eni
spiritūsanctū non possunt nō producere pater ꝛ fi
lius: ꝯuenit ex adequatiōe termini ꝓducti ad agē
tis potentiā. Secus in creaturis quarū perfectio M
dici non meretur punctale centrū respectu sphere
diuine intelligibilis: cuius centrū vbiq; circūferen
tia nusq̄: sicut vnus ex philosophis diffiniuit. Ex
hoc errore p̄terea omnis ad deū religio ꝛ gratitu
do tollit: dum dicimus eū nō gratuita liberalita-
te/ sed seruili quadā necessitate nobis oīa ministra
re. Propterea (vt estimo) philosophi deū agnoscē
tes: nō sicut deū glorificauerūt/ neq; gratias ege-
runt. Multa in hāc rem ꝛ dici ꝛ disputari possent
que consequēter ostenderēt/ quia rationabili pieta
te factū est id quod dicit apostol⁹: quia mūdus in
dei sapiētia: hoc est in philosophia/ deū nō cogno
uit. Placuit deo per stulticiā predicationis: hoc
est per fidē ꝛ operum insolitoꝝ operationē saluos
facere credētes. Hanc ergo rationē al's induxi ꝓ
mysterio mirabilissimi sacramēti instruendo. Ita
q̄ si querat a me/ cur deus eucharistie sacramen-
tū taliter instituit? Respōdeo per consyderationē
finis. Hoc itaq; factū est/ vt ex ei⁹ insolito effectu
subleuaremur credere oīpotentiā dei/ ꝛ oīscientiā
dei ꝛ gratuitā bonitatē: que nō solū facere potest/
scit ꝛ vult ea q̄ de facto videm⁹: ꝛ viderūt philoso
phi/ sed etiā alia nō quidē mirabiliora. Quid eni
mirabilius vniuerso? sed magis insolita: quatinus
insup contereret ceruicosa p̄sumptio nostri intel-
lectus q̄ deū cū suis operib⁹ cōprehendere stultis
sima impietate videt gloriari. ¶ Exposita parte
prima nostre ꝯsyderationis: q̄ curiositas nō con-
tenta suis finib⁹ fefellit philosophos: par similiter O
do deducere pōt esse formidandū: ne talis curiosi
tas theologos decipiat. Constat eni q̄ doctrina fi
dei q̄uis philosophiā superet/ habet terminos su-
os p̄definitos in sacris literis nobis reuelatis: vl-
tra quos nihil audēdū esse diffinire vel tradere be
atus Dionysius expssit p̄mo de diuinis noībus.
Uniuersaliter inquit non est audendū dicere/ neq;
etiā cogitare de supersubstātiali ꝛ occulta deitate: pre
ter ea que diuinitus nobis ex sanctis eloquijs sunt
expressa. Igit si coniecturis ꝛ ratiunculis huma-
nis vltra progredi quisq̄ theologizans p̄sumpse-
rit: quidni ꝓprius turpiter seducat ꝛ seducat inse-
quētes? Deficiente eni ꝛ nō sufficiēte scala scriptu-
raꝝ: qual altera cōparabit scala ad altiorē de deo P
cognitionē attingendā: nuper in meditatiōe mea
talis oblata est similitudo. Sit cecus aliq̄s a natiui-
tate/ cui de colorib⁹ dicant in certo mō veritates:
non cognoscēde/ sed credende: vt q̄ albedo est dis
gregatiua visus/ ꝛ nigredo congregatiua. Q̄ sol
sua illuminatione diē causat ꝛ noctē. Si cecus iste
satagat cū studio vehemēti ratiocinādo ꝛ phanta
siando/ dicere ex istis paucis veritatibus al's veri-

tates sibi non traditas. Nemo est (vt opinor) qui non arbitraret ꝙ ipse facili ꝛ crebra paralogizatione falleret: vt q: audit ꝙ albedo disgregat visum opinabit statim ꝙ talis disgregatio fiat ꝑ simile ad ea que sensu tactus ꝑcipit spargi ꝛ diuidi. Talia sunt absq; nũero in omni arte ꝛ scientia quo ad hoies qui de illis scientijs attigerũt nihil: de quibus tñ ipsi iudicare ꝛ phantasiari ꝓsumẽtes: in q̃les/quãtasve chimerinas absurditates ruãt/ quotidiana docet irrisio. Cõferamus nũc ad diuinas voluntates nõ reuelatas nobis celitus sensum cuiusuis theologi quantũlibet eleuati: nullus dubitauerit quin ad illas cecior sit ꝙ cecus ad colores ꝛ nõ minus idiota ꝙ idiota aliquis ad metaphysicam aut machematicã disciplinaꝫ. Propterea si de altis istis ꝛ non reuelatis veritatibus voluerit hmõi theologus iudicare: aut ꝓsumptione rapt⁹ aut pudore oppressus/si nõ ad omnia quesita sibi responderit. Quis nõ videat ꝙ profundam sibi ꝛ alijs errorũ abyssum parauerit? Quãto securiori humilitate respõderet in multis: nescio: deus scit: ꝛ cui deus voluerit reuelare. Credite euangelio ꝛ sufficit. Nolo tamen vt hec nostra curiositatis inculpatio nutriat secordẽ ignauiam eoꝝ qui de diuinis ea que possunt debẽtq; intelligere/vel negligunt vel nõ negligentib⁹ detrahunt: vtrũq; vitio deputatur/ꝛ nolle elucidare veritatẽ sacre scripture cũ modestia in suis se limitibus cõtinente. Qui elucidant me inquit/vitam eternã habebũt. Et vitium est velle plus ꝙ oportet sapere: ꝛ nõ ad sobrijam pietatẽ: sicut vtrinq; a Dionysio primo de diuinis noibus palam notatũ est.

¶ Et hec sufficiant quo ad istam lectionẽ factã. Anno. M. cccc.ij. die mercurij ante festum Martini in hyeme.

Lectio altera eodem anno.

D 
Enitemini ꝛ credite euãgelio Mar. j. Si continuari quereret initiũ presentis lectionis cum precedenti omissa tunc nouẽ ꝯsyderationis de curiositate declaratio nũc inchoari debuerat. Nihilominus ante omnia placet inuestigare quidditatẽ penitẽtie: cũ promotiuis quibusdã ad eam. Dehinc ordo ceptus resumetur. Penitẽtia in vna sui acceptione vnũ ex septẽ sacramentis numerat qualiter ad ꝓsens loqui nõ intendimus. Sed ꝑtẽst virtus ꝛ species quedã iusticie/reddens deo qđ suuꝫ est. Peccator itaq; deũ per inobedientie ꝑuaricationẽ abstulit quantũ in se fuit honorẽ debitũ: debitũ dico vt creatori ꝛ redẽptori: vt patri/regi/principi/ amico/sponso/ꝛ ita mille ꝯsyderationibus ipse nõ omnino cõstitutus est: reus lese maiestatis ꝛ ꝑditionis: non erga qualemcũq; maiestatẽ/sed diuinã. Preposuit enĩ propriã voluntatis libidinẽ diuine charitati: propterea iustissimũ est vt rursus volũtas libidini calcata subijciat vltro se puniẽdã arbitrio iu-

dicialis legis dei. Habitus autẽ inclinatiuus ad hoc opus dicit penitẽtia: cui⁹ assignare descriptionẽ sic possum⁹. ¶ Penitẽtia est habit⁹ virtuosus inclinãs liberũ arbitriũ detestari ꝛ punire i seipso peccatũ contra dei legẽ cõmissum vel obmissum: ꝛ hoc ad finẽ beatitudinis consequendũ. Vel sic: Penitẽtia est habitus iusticie inclinans liberũ arbitriũ detestari ꝛ punire peccatũ in seipso immediate vel mediate ꝑ sui reconciliatione ad deũ. Penitentia actualis dicet ois actus/mediate vel immediate a tali habitu pullulans ꝛ procedẽs. Ceterũ detestatio peccati ꝯsurgit ex apprehẽsione ipsius vt inhonestũ est: vt diuine maiestatis ostensiuũ: vt deniq; potentie apꝓhendenti discõueniens ꝛ contrariũ. Punitio fit ꝑ apprehensionẽ obiecti vt tristabile est: et proptie inclinationi obuiũ: seu discõueniens ꝛ contrariũ. Ratio discõueniẽs est disproportio lesiua seu alteratiua cuiusdam armonie ꝛ vnitatis in potẽtia apꝓhendẽte. Malũ inhonestũ efficit discõueniens ꝑ quãto ledit aut tollit armoniã modi/speciei ꝛ ordis: debitã libero arbitrio vt liberũ est. Malũ tristabile reddit disconueniẽs pro quãto ledit armoniã ꝛ vnitatẽ debitã cõplexioni naturali. Ratio discõuenientie in malo inutili est disproportio tollens a potẽtia apprehẽdente quandã bonitatẽ eius cũ bonis extrinsecis eã accidẽtaliter ꝑficere habẽtibus. ¶ Ex opposito sumũtur rõnes ꝯuenientie in triplici bono/honesto/vtili ꝛ delectabili. Quas rõnes in eadeꝫ re crebro ꝯcurrere perspicuũ est. His suppositis nõ operosum est aduertere ꝙ in penitẽte multa ꝯcurrunt. Primo liberũ arbitrium/qđ est potentia apprehẽsiua peccati ꝛ detestatiua/punitiuaq; eiusdẽ. Concurrit ꝓterea habitus virtuosus inclinatiu⁹ liberi arbitrij ad promptius faciliusq; operandũ: qm̃ habitus vel acquisit⁹ est ex actibus: qui moralis dicit: vel gratis infundit/ vicẽ quandã habit⁹ moralis gerit naturaľ quedã inclinatio apud nõnullos bene natos. Porro ipsi libero arbitrio (qđ est facultas rõnis ꝛ volũtatis) ꝓsentat ratio obiectalis discõuenientie: nõ qualiscũq;/sed inhoneste. Ex qua ꝯsequẽter assurgit ad fugã quandã ꝛ horrorẽ pcti. Dehinc ad punitionẽ eius accẽdit: et ad satisfactionẽ/pro placãdo/recõciliandoq; sibi iratum deũ ꝛ patrẽ misericordissimũ ad iracundiã ꝓuocatũ. Est autẽ satisfactio redditio alicui⁹ als indebiti: non ꝙ aliquid offerre deo valeamus supra vel vltra debitũ: si rigorem erga nos exerceret: vt pote cuius oia nostra sunt. Sed ita placuit pietati sue misericorditer agere cuꝫ seruis suis: vt si quid vltra precepta sua superogauerimus: illud nostrũ sit/ꝛ de illo soluere quodãmodo debita nostra gratis indulserit. Elicimus ex ꝓdictis ꝙ liberũ arbitriũ quãto purius est/quãto suauius/tanto ꝑceptibilius est ampli⁹ discõueniẽtie inhoneste ꝑ eũ apprehense: ac ꝑinde vt ad ei⁹ detestationẽ/fugã horrorẽq; atq; punitionẽ ꝑceptibili⁹ moueat necesse est. Quo fit vt iã iustificati eo feruẽtius peniteãt quo veri⁹ ꝛ intimi⁹ sanatis virib⁹ liberi arbitrij: ipsi ꝙ inhonestũ/discõuenienseq; sit peccatũ deprehẽdunt. Alij ꝟo quo magis aggrauati infectiq; fue-

rint pondere fordido flagitioꝝ/tanto minus peni
tent: vſqꝫadeo vt glorient̄ cū malefecerint: ⁊ exul-
tent in rebus peſſimis. Impius (inquit Sapiens)
cū in profundū peccatorū venerit/ contēnit. Hoc
nuper dicebamus dū de ꝯſolante luctu ſermo ha-
bitus eſt: de quo intulim⁹ ꝙ pro ſtatu pſentis ma
terie: ille regulariter eſt luctu bono plenior/qui ⁊
B infirior. Cu⁹ ratio liquida eſt: apprehendit quippe
ſyncerior intimiorqꝫ vnitate ſenſus/ diſconueni
entē amaritudinē maloꝝ inhoneſtorū in ſe aut in
aliis: ſicut chriſtus: quo null⁹ mortaliū magis lu-
xit: aut in ſe quo ad formale peccati infuit: aut in
aliis quo ad reatū ⁊ peccati ſequelas quas nōdum
expurgatas eſſe cognoſcit. Deniqꝫ quo ad tentati
onis noxias ⁊ onerofas paſſiones ad inhoneſtatē
aſſidue ſtimulantes: addā ꝙ aliquibus mirū vide-
tur: penitentes plus conſolant̄ quo plus ſe triſtari
penitēdo cognouerūt: obedītes dicto Auguſtini:
Penitens doleat/⁊ de dolore ſuo gaudeat. Quid
in doleant? Apprehendūt eñ dolorē ſuum: vt bo-
num/iuſtū ⁊ conuenientis/honeſtatis/vtilitatiſqꝫ
precipue exiſtentē. Quod preterea ex his ꝯſequēs
eſt apparebit aliquib⁹ magis extraneū: eodem vi-
delicet tēpore penitentē animā letari ⁊ triſtari: di
uerſis tñ reſpectibus ad exēplar chriſti. ¶ Offert
ſe nihilomin⁹ obiectio difficilis: qua. ſ. rōne dile-
ctio ⁊ triſticia etiā ſolū diſparate nō ꝯtrarie ſimul
inſint: afficientes eandē animā: quoniā ad effect⁹
oppoſitos trahūt: vtputa leticia cor dilatat: ⁊ do
lor ſtringit ipſum. Idem vō cor ſimul dilatari ⁊ cō
ſtringi quis nō negauerit? ¶ Pro reſponſione vi
ſum eſt aliquib⁹ non improbabiliter leticias ſpiri
tuales aut triſticias nequaꝙ̄ fieri cū motu corpo-
ris: quemadmodū earū generatio corporis orga-
num nō exigit. Hoc tenet Gerardus odonis: ſup
ſcd̄o Ethicoꝝ: verūtamē ſaluare difficile eſt: quin
ſaltē redundantia fiat in inferiores vires ex actib⁹
ſuperioꝝ: ſicut ecōuerſo virium inferioꝝ ſupiores
affici quotidie compertū eſt. Quid igit̄? Inueme-
mus fortaſſis in corde motū quendā mediū: quaſi
tremulū/conſequentē ad duas motiones iſtas ſi-
mul obuiātes: vel ex aduerſo ꝑ leticie triſticieqꝫ cō
curſum. Cuius motus ſimilitudinē docere nos vi
detur tinnitus campanarū: aut tremor ſunium ſo
nantiū in cythara. Sed pergat ad alia ſermo no-
ſter: multa eñ (quia feſtinat) preterire cōmodum.
¶ Enumeren⁹ vel breuiter ea q̄ precedūt/que co
mitant̄/que deinceps ſubſequūtur ipſam peniten
tiā qualē ſua deſcriptione manifeſtauim⁹. Et qm̄
metaphorica locutio gratius erudit: dicam⁹ per
ſimilitudinē ꝙ pro penitentia exercitus multiplex
militat: nouenarius ſcꝫ terribilis vt caſtroꝝ acies
ordinata. Exercitū primū conſtituimus ex oībus
motoribus occultis ⁊ latentibus: quos appellare
ſolem⁹ vel inſtinctus quoſdā/vel ſpūs/vel impul
ſus/vel inſpirationes ⁊ ꝑuentiōes diuinas ſi bone
ſint: vel tentationes illuſorias ⁊ immiſſiones ꝑ an
gelos malos/ſi male. Ex his penitētia iuuamē ac-
cipit plerūqꝫ contra reprobā ⁊ aduerſam peccati
C aciem: dū bonos inſtinctus ſequit̄ peruerſus ob-
uitēs/eoſqꝫ potēter opprimēs. Per alterū exercī-
tū pugnat penitētia a dextris ⁊ a ſiniſtris iuſticiē
quoniā hic exercit⁹ bipartitus eſt. Unū cornu te-
net proſperitas: in altero cornu aduerſitas collo-
catur cū ſuis fortaliciis: que ſūt fama ⁊ infamia/di
uitie ⁊ inopia/potentia/impotentia/ſatietas/eſuri
es/pax/bellum/arriſio/irriſio/ſanitas/ infirmitas
⁊ ſimilia: que nominam⁹ fortune/vel bona vel ma
la. Hec nempe omnia cooperant̄ penitenti in bo
num. Sed plus regulariter aduerſitas: ſicut econ
tra impenitēs de oībus ſibi laqueos ⁊ deſcipulas
⁊ incōmoda operatur: ⁊ ex proſperitate amplius.
Tertius exercitus eſt paſſionum omniū: que ſunt
ſpes/metus/meror/odium/⁊ ſimiles: de quib⁹ tra
dit Ariſtote. ij. Ethicoꝝ/⁊ ſecūdo rethorice. Qua-
rū due ſunt ꝑncipales in ſuo genere: ſicut ceteras
cōplectentes/delectatio ⁊ triſticia. Eſt autē de-
lectatio motus anime cōſurgens ex apphēſione
obiecti ꝑ modū conuenientis. Triſticia vō eſt mo
tus ſequens ad apprehenſionē obiecti per modū
diſconuenientis. Sub hoc exercitu cōprehendo ſe
quelas oēs: que ſe ex paſſionib⁹ anime per corpo-
ris motus ⁊ geſtus prodūt: vt ſunt genitus/ſuſpi-
rium/planctus vel plangor/fletus/luctus/rugitus
anxietas/anguſtia/ſubſānatio/ſtupor/horror/ab-
ominatio/nauſea/amaritudo/faſtidium/zelus/de
ſperatio ſui/iubilus cordis/exultatio/applanſus/
ſuſpirium letum/raptus/ſpaſmus/extaſis/fiducia.
Milites quarte aciei ſunt virtutes cardinales or
dinate inſtar tetragoni. Prudentia/temperantia/
fortitudo/iuſticia. Sub quibus plurime virtutes
nominātur: quibus oībus vtitur ipſa penitentia:
nūc vna/nunc alia. Ipſa prudētia accipit ad diri
gendū actus ſuos in finē debitū cum mediis op-
portunis. Temperantia ſibi obſequit̄ ad dirigen
dū vel ſanandū ea que per intemperantiā labefa-
ctata ſordidataqꝫ et leſa cognouerit. Fortitudo
deniqꝫ ⁊ iuſticia quantū ſibi neceſſarie opitulatio
nis afferant: nemo nō videt qui attēdit ꝙ viriliter
agere contra aereas poteſtates in celeſtib⁹: ꝙ pre
terea pro iuſticia lōganimiter decertare peniten-
tē neceſſe eſt. ¶ Quinte aciei aſcribit deus ꝓ pe- D
nitentie ſubſidio tres virtutes theologicas/fidē/
ſpem atqꝫ charitatē. Nā qui credit horrēdos pec
cantiū cruciatus affuturos: ille lapideus eſt/ſi non
moueat̄ ad penitendū. Qui preterea ſperat intermi
nabilem pro penitentia gloriā aſſequi: quo pacto
penitentiā a ſe depelleret? Deniqꝫ charitas oſten-
dens peccatori qualē amicum offenderit: ⁊ ꝓ quā
ta vilitate conſequēda ſpreuerit: excitat eñ (ſi non
a recto ſenſu obtorpuit penitus) quatenus ad pe-
nitentie refugiū tanꝙ̄ ſingulare ꝓpiciatorium: et
aſylū migret fugiatqꝫ. Ceterū vobis o dona ſeptē
ſanctiſpūs/ſextā aciem cōſignamus: ſicut ſeptimā
ipſis beatitudinib⁹: ⁊ octauā ſeptē ſacramētis ec-
cleſie: ⁊ nonā ſeptē dñice orōnis petitionib⁹. Quo
niā penitētia ſicut per inſtinctus ſecretos agitat̄
ab intrinſeco in prima acie ⁊ per ſecundā aciē bi-
pertitā proſperitatis ⁊ aduerſitatis excitat̄ ab ex-
trinſeco: ⁊ ꝑ paſſiones q̄ tertiā aciē ſtruūt: nūc hoc
nūc illo modo cōmonet̄. Rurſus ꝑ virtutes quar
te ⁊ quinte aciei/liberatur a peccatorū ſeptenario;

Ita per dona expedit contra eadē vitia: ⁊ p beatitudines perficit ad bona exercēda ⁊ p sacramēta renouat. Postremo p petitiones ipsa in suis oībus que plurime sunt necessitatibus exaudit: vt tandē reformatis quinqꝫ sensibꝰ degustentur suauissimi fructus spiritus: qui sunt charitas/ gaudiū/ pax/ patientia/benignitas/bonitas/lōganimitas/mansuetudo/fides/constantia/continentia ⁊ castitas.

¶ De his septenarijs pulchra est traditio domini Bonauē. in suo breuiloquio: parte quinta. Verū ista summatim attigisse suffecerit: longuꝫ quippe esset singula ꝓsequi que sup his nouē exercitibus dici ⁊ sup alijs ipsam penitentiā vel adiuuātibus vel impedientibꝰ tradi suppetūt. In nouissima lectiōe dictū est superbiā esse capitaneā in quolibet exercitu contrario penitentie: sicut humilitas cōiungit/munit ⁊ stabilit quicq̄d pro penitētia militare tetigimꝰ. Superbie ṽo duas esse filias/scholasticis aduersas/pridie docuimꝰ remouendas: curiositatem scꝫ ⁊ singularitatē ab hac sacra theologie facultate ⁊ studētibus in ea. Attamē non pigebit vos si ad ea que agenda cognoscitis/ agitisqꝫ (deo propicio) vos rursus excitemini. Precor aūt ego ⁊ per cōmunē omniū matrē charitatem obtestor: ne quis existimet me velle cuiꝗ̄ doctori vel ꝑsone vł religioni detrahere. ¶ Auertat deus a me seruo suo: ⁊ ab oībus hoībus hanc maliuolā/liuidāqꝫ temeritatē. Quid ergo? Ego certe libera voce profiteor/ ꝓclamo/suadeo ⁊ affirmo doctrinas multoꝝ ceteris ꝓferendas esse: illas videlicet que de propiori charitatē edificant: q̄ est finis omnis scientie: immo oīs consummationis. Omis ꝯsummationis vidi finē: glossa vna: charitatē. Deniqꝫ si cōuertatur intuitus ad officiū cui indignus deseruio: minus videbit inculpanduꝫ/si diuerticula quedā sequēs ego paucissimas lectiones meas talibus monitionibus aut cōsyderationibus moralibus respersero.

Secunda consyderatio.

¶ Signū curiose singularitatis ē fastidire doctrinas resolutas ⁊ plene discussas et ad ignotas vel nō examinatas velle conuerti. Indignat quippe singularitas cōmunibꝰ ⁊ paratis vti/ꝗ̄ꝗ̄ salubrioribus: preterea nititur in vetitū: nō fert quoqꝫ se ipsam ceteris vel postponi vel equari. Ea propter dū inuenta veritate aliud querit singularitas velut in scirpo nodū: aut in oue quintū pedē: vt mendaciū inueniat/ consequēs est. ¶ Hanc esse magnā aut precipuā causam existimo: cur opiniones totiens reuertunt ⁊ mutant. Mauult eñi curiositas querere inuenienda/ꝗ̄ inuenta cū veneratione studiosa intelligere. Narrat simile Lactantius libro de ira: de quibusdā philosophis. Qui videntes nihil posse in opus offerre vltra ea que antecessores optima tradiderāt: ipsi maligna superbiaqꝫ curiositate cōuersi sunt: vt ea vel negare vel in dubiū reducere ꝓsumerent. Hec similis nō ratio sed furia/multos olim ad hereses seminādas rapuit. Postmodū alios ad scrutandū scrutationes inutiles: specie subtilitatis ⁊ nouitatis allicientes impulit/dū viderunt nescire se quicꝗ̄ nouuꝫ addere iam inuentis doctrinis vtilibus ⁊ solidis: nisi noua quedā ⁊ insolita prurientibꝰ quorundā auribꝰ scalpendis ingererent. Atuero blandit curiositas sibi: ꝙ miseri ingenij est vti semp inuentis: et nunꝗ̄ inueniēdis. Sed plane nemo bene vtetur inueniendis: qui melius iā inuenta contēpserit. Tollatur ergo hoc signū curiositatis: quod est fastidire ⁊c. sicut in cōsyderatione positū est.

Tertia consyderatio.

¶ Signū curiose singularitatis est indebita doctoꝝ ⁊ doctrinaꝝ appropriatio. Si vnus dominꝰ, vna fides/vna lex. Si rursus veritas cōmunis est: a quo cūqꝫ dicat/a spirituſancto est. Quorsum tendit hec animosa affectio apud diuersos status et ordines christianorū: ꝙ iste plus ꝗ̄ ille doctor ab istis ⁊ non illis defenditur/colitur/antefertur? Si quidē fieret studio solius veritatis absqꝫ fermēto vanitatis: bene fieret. Differt eñi doctor a doctore sicut stella a stella: hoc scio: hoc cōmoneo. Sed si ista syncere fieri/facta interrogaueris: ipsa magnis vocibus contradicere audies. Si aliquis dixerit exempli gratia de Scoto vel de Ripa/vel de alio doctore fratrū minoꝝ/doctor iste minus bene sensit in hac ⁊ in hac materia. Videbimꝰ ꝓtinus ſm varietatē ordinum/varietates affectionū ⁊ gestuum: his indignantibus ⁊ contra niti paratis: alijs congratulantibꝰ atqꝫ fauētibus: vt vel dominū Hugolinū vel de Tarentasia moꝝ intuebimur mutata esse oīa versa vice mortaliū. Hec nōne sunt indicia ⁊ vanitatis quedā vestigia singularitate intrinsecus ⁊ palliata extrinsecus: vmbra veritatis afficit/⁊ nō aut nuda/aut sola veritas adamatur. Que singularitas doctoꝝ ⁊ doctrinarum/ quantā fenestrā aperiat ad errores in fide/ad schismata ⁊ cōtentiones in christiane religione: videt qui videt: per eā fit vt affectio deprauet intellectū speculatiuū: quēadmodū per eā intellectus practicus quotidie perturbat. Utrobiqꝫ eñi par ē ratio: nisi ꝙ ī illo vana gloria malū subtilissimū ⁊ efficacissimū regnat in isto brutalis cuiusdā dilectionis appetitus magis ad errorē operat. Hanc subuersionis viā notat ⁊ remouet textus noster: ꝯiungēs penitentiā humilē cum credulitate. Penitemini aūt ⁊ credite euangelio.

Quarta consyderatio.

¶ Patres nostri/curiositatis venenū tollere volentes/sancte statuerūt: vt neqꝫ apud artistas materie pure theologicales/neqꝫ apud Theologos/ materie pure logicales/aut philosophice disputarent. Admonet nos hec cōsyderatio solerter quid cuiqꝫ etati ⁊ loco ⁊ tēpori ⁊ ꝓfessioni sit congruū. Seneca irridet senem elementariū qui non ex officio (hoc eñi culpa caret) sed qui sciēdi studio solis insudat grāmatice rudimētis. Puerū ṽo talibus insistentē quis non dico nō riserit/ sed non etiā laudauerit. Hoc modo de logica: hoc modo de mathematica ⁊ physica ⁊ ceteris scientijs sentiendū estimo ꝙ certas etates ⁊ ingenia ⁊ loca ⁊ tempora

postulant/si nolũt dediti eis de stulta aut superba
Z curiositate culpari. ¶ Regulã prescribit Seneca
ꝙ tãdiu in minoribus studijs immorandũ est: ꝙ-
diu non habet homo quid honestius ⁊ salubrius
tunc faciat circũstantijs omnibus hinc inde pen-
satis. Ecce profiteris te velle fieri theologũ: bene
habet perscrutare igitur ⁊ lege que theologica sunt.
Sed non sum inquies ad altas eius veritates ca
pescendas idoneus: nisi prescivero logicã ⁊ philo-
sophiã et methaphysicam. Credo equidem verum
si ita esse cõsentis: tu nondum theologus queras
fieri/sed vel logicus vel philosophus: pete scho-
las artium hec docentes. Quod enim ⁊ confuse fit
ac rectum/deserit ordinem: vt sine debito creat ne
cesse est. Quod si piget pudetqꝫ/aut nocet repuerasce
re ad talia: ⁊ tempus relique etatis cõterere. Esto
contentus (si sapis primo imo vt sapias) sorte tua
et materias sine logica aut philosophia intelligi
biles/apprehende. Idem de rethoricis et poeti-
cis ⁊ mathematicis scientijs iudico: quarum noticia
non nihil ancillatur theologie: non nihil quoqꝫ sibi
prestat ornamenti. Domina quippe est. Nulla om
nino scientia reperitur si casta est: que non eidem
obsequatur: que autem impudica ⁊ errore viciata
sordescit: quia loquitur iniqua/non direxit in con
spectu oculorũ eius. Sed habet (vt diximus) que-
libet aliarum scientiarum suas scholas/sua loca/
etates ⁊ tempora. Cedant igitur theologie: nec ei
us scholis importunitate querendi semet ingerãt.
Quoniã ad conspectũ domine mos equus est ve-
nire ancillas paratas ⁊ ornatas: non parandas.
¶ Hac consyderatione notantur hi qui theolo-
gicos libros et scholas aut replent sophismati-
bus. ¶ Et plus ꝙ satis est scientias peregrinas
introducunt: maxime si figuratiuum illud domini
iussum pretereatur de radendis vnguibus ⁊ capil
lis: hoc est superfluis traditionibus captiua pri-
us ꝙ coniugio copuletur a gentili. At vero queret
aliquis: quales materie dicẽde sunt proprie ⁊ pure
theologice? Respondeat: nõ ego/sed Augustinus
ꝙ ille per quas fides saluberrima gignitur/nutri-
tur/defenditur/roboratur. Fides/spes ⁊ charitas:
quẽadmodũ solum nominantur: ⁊ sunt virtutes the
ologice: ita materia illa proprie dicenda est theo-
logica: que fidem edificat/spem erigit/charitatem
A inflammat. Propterea penitẽtibus dictũ est: non
vt conquirant dispositionem orbis terrarũ ⁊ celi
⁊ syderũ. Penitemini ait ⁊ credite euagelio. Deu
terono. iiij. notatũ est.

Quinta consyderatio.

¶ Signum curiositatis ⁊ singularitatis peniten
tiam atqꝫ credulitatem impedientis apud schola
sticos/est gaudere potius in impugnatione docto
rum: aut in defensione vnius pertinaci/ ꝙ ad eorũ
dicta concordanda operam dare. Intolerabilem
itaqꝫ esse dicit Guilermus parrhysiensis: confe-
stim iudicare sapientissimos inquisitores verita-
tis errauisse. Quod intelligo nisi prius diligentis
sima perscrutatione habita cognoscatur eorum posi
tio in nullo posse defendi. ¶ Quot sunt obsecro
positiones quas doles ad prima aspicientes enũ-
ciant de facili contrarias atqꝫ repugnantes: quibus
amica quadã familiaritate collatis: ipse inueniun
tur sub diuersa voce: sententia ⁊ corde concordes
quas nõne satius est ad pacem ꝙ rixam perpetuã
inducere. Hoc autẽ quo pacto fiat/sciunt illi q̃ no
uerunt sub quadã iudicij equitate tribuere vnicui
qꝫ positioni quod suum est. Nihil vero cuius inqui
sitori veritatis suũ est nisi veritas. Propterea exa
minetur diligenter quelibet positio seorsum: resol
uendo non solum qualibus verbis vtitur/sed qua
lem in verbis sententiã intenderit/ aut intendere
debuerit. Hoc ipsum inter alios studiose facere
mihi videtur deuotus ⁊ eleuatus doctor Bonauen
tura: dum sepius ex multarũ positionum collatio-
ne vnã elicit. Eas quoqꝫ in quodam studij consula-
torio eliciens ⁊ purgãs vnit. Dicit Lactantius de
quatuor passionibus loquens: An in verũ iustum
cadant: ꝙ peripatetici sub compendio attingunt
veritatem: quã longo circuitu verborum Stoici
vix assequũtur. Hoc certe verum esse didici tum ex
multis/ tum nominatim ex libris Senece de ira:
vbi (Stoicus fuit ipse ibidem) ꝙꝙ contrarios pe
ripateticis loquendi modos habeat. Attamen in
hanc de necessitate (et si refugiat) cadit veritatẽ:
quia victus passionem ire non radicitus tollit/sed
eam moderatur. Fortissimi inquit militis Pauli
genua tremuerunt: et reliqua. Sane mihi videor
videre similiter se habere in multis theologie ma
terijs: nominatim in illa que iam vulgariter de for-
malitatibus appellatur. Afferunt itaqꝫ formali- B
zantes multam ⁊ sonoram nouis auribus vocabu
lorum varietatem: intendentes (vt estimo) subli-
mius erigere aciem intellectus ad rerum quiddita
tes intuendas: ⁊ volentes animam apud se conce
ptibus suis iugiter negociari. Conantur preterea
intellectum subducere cũ consuetudine cognoscẽ
di res solum materiales ⁊ grossas: denudare pre
terea quidditates a confusione accidentiũ: vt sunt
situs/locus/figura/tempus: ⁊ similia: quatenus ab-
stractis omnibus his velut extrinseca veste/rema
neat nuda quidditas rei: ⁊ talem se mentis oculo
representet. Hanc vero intentionem si dixero me
reprobare/mentiar. Laudo eam quantũ valeo: et
approbo. Sic tamen laudo ⁊ approbo/ꝙ iudicio
meo longior ipsorum deductio necessario cadit
in resolutionem qualem logici tradunt. Nimirum
ꝙ logica est ad omniũ methodorum principia vi-
am habens. Per quam logicam verum a falso se
cernitur: per quam loquendi seruatur proprietas:
si quis abiecerit velut inutilem: ⁊ non prorsus ne-
cessariam: mirabor si non falso sermone ⁊ impro-
prio loquuturus est: et se mille et mille perplexita-
tibus gratis inuoluturus. Neqꝫ enim ob aliud
estimo Aristotelem cum de metaphysica tracta-
ret/ instituisse logicam: sicut huiusmodi eius li-
ber ostendit: nisi vt hoc quod diximus: ita se ha-
bere daret intelligi. Nihilominus fateor nequaꝗ̃
ꝙ omnia ad logicam solam debere referri: habet
metaphysica suas consyderationes. Scio vtro-
bique vitium esse: et metaphysice vbi logica vti

consueuit: ꝛ logicā solam querere vbi metaphysi
ca tractanda est. Attamē vere ꝛ ꝓprie loqui intra
vel extra nunꝙ absq̧ logice ꝓprietate/logice va-
lebim⁹. Venerabis magister ꝛ venerādus doctor
Heinricus de Hyta (qui ꝓ sui merito veteribus
equari: et inter eruditissimos logicos/metaphysi-
cos/ꝛ theologos numerari potest) dū hanc mate-
riam tractaret: ad concordiā conatus est extrema
reducere: questione septima primi/corollario vlti
mo. Scotus distinctione secūda: questiōe ꝑma et
vltima/potest vocari hec distinctio virtualis: quia
illud quod habet talē distinctionē in se: nō habet
rem ꝛ rem: sed est vna res habens virtualiter siue
ꝑeminenter quasi duas realitates: voco identita-
tem formalē/vbi illud quod dicit: sicut idē inclu-
dit illud cui sic est idē in ratione sua formali: ꝛ per

C se primo. ¶ Nunqd ergo debet cōcedi ista distin-
ctio: melius est vti ista negatiua: hoc nō est forma
liter idem/ꝙ hoc est sic et sic distinctū. Distinctio
tertia tertij: questione ꝑma. Et si arguas: Maria
in ꝑmo instanti nature vere/intelligit iusta. Dico
ꝙ nō/sed non intelligit iusta: ꝛ abstrahentiū non
est mendaciū/secūdo physicoꝝ: qꝛ non oīs nō in-
telligens hoc intelliget nō hoc: vt non intelligēs
hominē esse animali/intelligit ipsum nō animal:
qꝛ tunc non posset esse abstractio sine mendacio:
auferendo ab aliquo quod sibi essentialiter inest.

¶ Placuit hui⁹ doctoris īter ceteros meminisse
dū hec loquor/magis monitiōe doctrinali ꝙ sub-
tili inquisitione: quoniā ipse doctor nō singulari
tate cōtentiosa vincēdi/sed humilitate ꝯcordandi
vti mihi visus est: qualē conditionē iam laudabilē
esse diximus. Et si doctoris istius mentio repella
tur ab altera partium: ipsa viderit ꝙ vere ꝛ sobrie
id faciet: ego neq̧ scio/ neq̧ ꝑsumo aliter dicere:
nec aliter video/ꝙ ꝙ resolutio Scoti ꝛ suoꝝ stet
cū pietate fidei et essentie diuine vnitate: nisi sistat
tandē ad illud ad quod doctor iste duxit eum. Un
de fides saluberrima ꝛ oīs metaphysica tradit no
bis ꝙ deus est simplicissim⁹ in supremo simplici-
tatis gradu: supra quā imaginari sufficim⁹. Hoc
dato: quid opus est ipsam vnitissimā essentiā per
formas metaphysicales vel quidditates/vel rati-
ones ideales/vel alīs mille imaginandi vias secer
nere/diuidere/cōstituere/prescindere ex parte rei:
vt dicunt/ꝛ nō ex intellect⁹ negociatione circa eā?
Deus sancte: quot ibi prioritates/quot instantia/
quot signa/quot moderates/quot rōnes aliqui vl
tra Scotū ꝯdistinguūt: iam mille codices talibus
impleti sunt: adeo vt longa etas hominū eos vix
sufficit legere/ne dicā intelligere. Quis em̄ in in-
telligibilia ꝛ falsa ꝛ sibi dissona vnꝙ intelligat: ꝙ
lia hec sunt: si non nobiscū tandem ꝯueniunt. Ita
quidē contentiosi dū logicos culpāt: vocātes eos
qui secū non sentiunt/terministas ipsi lōge gran-
diorē terminoꝝ congeriē multiplicare cōpellunt.
Sed dicūt ꝙ maior distinctio ꝙ formalis stat cū
summa simplicitate diuina: distinctio scꝫ ꝑsonaꝝ.

D Hoc ego pia ꝛ sola fide teneo: nunꝙ hoc asserru-
rus nisi fides edoceret. Addunt ꝙ per hmōi signa
precisiua: per prioritates tales et posterioritates:
per distinctiōes formales ex natura rei/satisfactio
fit in hac materia trinitatis: ꝛ non per logicam so
lam. Sed satisfactionē appellant meritoriā hui⁹
articuli: ipsi plane nimis arrogant sibi: qꝛ nec an-
geli sibiipsis satisfaciunt. Vere em̄ canit ecclesia:
ꝙ mirant et deficiūt in illū quē prospciūt. Nescio
quid alij sentiūt in hac re. Ego plane fateor ꝙ isto
rū positio/si det aliud ꝙ debita resolutio/ꝯturbat
amplius ꝛ obnubilat quārūlamcūq̧ intelligentiā
meā ꝙ articul⁹ principalis trinitatis. Concipere
itaq̧ ꝙ in diuinis sit aliquod esse formale: vtputa
esse formale iusticie: ꝙ non sit perfectio finita nec
infinita: aut quod dicit immēsa a bonitate diuina/
vt ripa posuit: istud parit in animo meo maiorem
difficultatē ꝙ sit illa propter quā eluci dandā ista
talia reperiunt: immo nequeo nō videre ista palā
esse erronea. Ego preterea non sum solus dudum
vnus e predecessoribus meis: ꝛ sacra theologie fa
cultas notabilē fecerūt sup hac materia determi-
nationē in qua ponit articulus iste inter ceteros.
Qꝫ aliquid in diuinis sit deus ſm suū esse reale:
quod nō sit deus ſm suum esse: error est ad sensum
quē facit. Negatur hec tota reuocatio. Quidā ex
magistris dū semel interrogaret quid consequen
ter esset respondendū si ꝑscinderet ex parte rei bo
nitas diuina a sapientia diuina: dic inquit ꝙ volu
eris ꝛ ꝙ in illa est deus. O preclara ꝛ vera respon
sio. Sed vereor ne curiositatē increpans: in eādē
me dimergā/dum studeo eos quos Scotistas ap-
pellamus/ad concordiā cum alijs doctoribus ad
ducere: quoꝝ certe numerus lōge maior est ꝛ mul
titudine ꝛ autoritate. Utinā iuxta monitionē fa-
cultatis nuper factā parcius ista materia et simi-
les pro hac vel illa discuterentur parte: ꝛ salubri
oribus veritatibus inuestigandis lumē nostre ra-
tionis donaremus. Prouideremus insup nouis
theologizantib⁹ qui per tales materias magis ad
admirationē ꝛ de admiratiōe ad curiosam ꝑscru

E tationem ꝙ ad edificationē solidam cōmouentur.
Nā si nos in theologia vsitati et nutriti dū Sco-
to vel Ripe vel alteri simili non consentimus: hoc
ideo facimus vt dicere solent aliqui/quia grossi su
mus intellectus: nec accipimus quid intenderit: ꝙ
ratione precor/expectant: ꝙ adolescētes ꝛ nouelli
tali cōprehendant? Quid aliud insup agitur: nisi
vt inane ꝛ inutile sit eis: quicqd opere in studio lo
gice ꝯsumpserūt/quādo nouos loquendi modos
eos accipere necesse est. Quāto salubrius est in tā
tā tēporis angustia: in tanta egestate virtutū: ebul
lientibus vndiq̧ passionibus: predicaret eis ini-
tium sermonū saluatoris nostri dei: Penitemini
ꝛ credite euangelio. ¶ Quoniā penitentes ꝛ cre-
dentes euāgelio magis attendūt scientiā que edi-
ficat/ꝙ que inflat: ꝛ que vanos quoq̧ reddit: qꝛ va
na est/insulsos ꝛ insipidos: qꝛ insola est: curiosos
ꝛ elatos: qꝛ in multis curiosa ꝛ elata.

Sexta consyderatio.

¶ Gaudere nouis adinuētionib⁹ terminoꝝ ī ma
terijs speculatiuis theologie/ꝑsertim diuinitatis
archanū tangentib⁹/curiositas est ꝑniciosa ꝛ tol-

lenda: tanq̄ etiā penitentie ⁊ credulitati cōtraria. Liberis verbis inquit Augustin⁹/loquūtur philosophi: ⁊ in rebus ad intelligendū difficillimis: offensionē piarum aurium non pertimescūt: nobis aūt ad certā regulam loqui fas est. Similiter Dionysius primo de diuinis noībus. Animaduerterūt hoc ceteri patres et doctores ecclesie in cōciliorū celebratione: qui nō solum sententias/sed verba etiā sententijs ꝯuenientia ꝑscrutabilissima sedulitate librantes: ea ad paucos et certos terminos frenata loquēdi libertate redegerūt. Testimonia hec ex Hieronymo ⁊ Basilio ⁊ ceteris multis: de hoc noīe homousion ⁊ alijs. Quāobrem dum terminos quosdā apud aliquē ex doctoribus approbatis inuenim⁹: nō vsitatos in scholis/illos introducere nō debem⁹: nisi pia ⁊ reuerenti resolutione preuia: vt dicendo/terminus iste a tali sic accipiebatur: qui scȝ vsus vel quia vsus cōmunis aliter accipit: cauenda est audientiū offensio in diuinis.

F Exempli gratia: Nihil prius aut posterius nihil magis aut min⁹: hec est fides catholica. Si doctores vsi sunt terminis prioritatē aut maioritatē significantib⁹ in diuinis: protinus eos resoluere oportet ad hanc vnicam ⁊ stabilē fidei regulā: ꝙ filius est a patre/⁊ spiritussanctus est a patre ⁊ filio: ⁊ pater a nullo: et ꝙ in diuinis oīa sunt idem: vbi nō obuiat relationis oppositio: si mille millia terminoꝝ adduxeris ad explicandū hoc fidei secretum: nihil amplius si non vis errare cognosces q̄ istā vnicam: ⁊ paucissimis verbis explicatā veritatem. Augustinus/Damascenus ⁊ venerabilis Richardus nomen hoc causa/in diuinis admiserūt: pater est causa filij. Hilarius dicit ꝙ pater maior est autoritate. Augustinus in ꝯfessionibus/ponit in deo gradus ⁊ ordinē: dicit deū assumpsisse hominē/immo hoc ecclesie canticū solēne habet: Tu ad liberandū suscepturus hominē ⁊c̄. Et hoc modo de multis alijs apud istos ⁊ alios exempla suppetūt. Attamen Scotus in inquisitione veritatis vbi ꝑcisissima sobrietate loqui cōuenit neq̄ debet neq̄ fas habet tales afferre terminos prohibente hāc audaciā ratione ⁊ superioris autoritate. Dat̄ ergo regula generalis: ꝙ nullus terminus admittēdus est in diuinis: qui vel distinctionē importet vel primeuitatē nisi solam distinctionē ⁊ prioritatē originis: ⁊ q̄ hanc dicat absq̄ importatione vel cōnotatione imperfectionis cuiuscūq̄ vel dissimilitudinis vel inequalitatis ī suo correlatiuo. Exprimitur aūt prioritas originis hoc modo: ꝙ hoc est ab illo: prioritas autē attributa explicatur ꝑ hoc ꝙ inter ea nō conuertit̄ subsistendi cōsequentia. Hāc eīm prioritatē explicauit philosoph⁹ in metaphysica. Ex hac regula liquidū est ꝙ pauci termini significantes prioritatē quācunq̄ in humanis trahendi sunt ad diuina. Cui⁹ ratio est: quia fere semp in hūanis cōsignāt impfectionē vel inequalitatē vel dissimilitudinē. Q̄, si quis dixerit ꝙ ipse dū terminos aliquos transfert ad diuina/illos denudat ab omni impfectione cōnotata per eos. Respondeo ꝙ sic agendo nō errat in sentētia/sed licentiā vsurpat quā non debet; alioquin null⁹ est termin⁹ qui nō traduci possit ad diuina. Unde q̄d minus dici pōt q̄ ꝙ pater est dn̄s filij ꝙ est caput ei⁹: ꝙ est rector eius: ⁊ tamen si terminos istos dn̄s/ caput/rector/magister/resoluerem⁹ ꝙ signarēt tantūmodo primeuitatē originariā quā habet respectu filij seclusa impfectione ꝑ correlatiua istoꝝ terminoꝝ importata: null⁹ dubitaret de istius sciētie veritate: q̄n in eandē cadit nobiscū cōfessionē. Addo ad G hoc tum pro exēplo/tum ꝓ necessario documēto ⁊ nō causa vituperij cuiuscūq̄: testis ē veritas. Reperio ꝙ quidā transferētes Dionysiū de greco in latinū: pro eodē accipiūt principiū non de principio: ⁊ hoc nomē princeps vel principale. Ubi eīm textus primo capl'o angelice hierarchie/scḋm vnam trāslationē habet patris/principis/luminis. Dominus Linconien. qui greci eloquij peritus fuit: dicit grecū hic positū esse vnū nomen Archifactio: quod significat quantū hec duo noīa: principium nō de principio: vel lumen nō de lumine: ita ꝙ ly principis/ibidē est adiectiuū: ac si dicet̄ principal.

¶ Hec sentētia p̄ho errore refutata est/ ꝙ pater sit principale lumē. ¶ Attamē quia loquutio ista: pater est princeps luminis. i. filij: apud nos: immo ⁊ apud eundē Dionysiū: cū de celesti principatu plu ries loquit̄/notat in hoc noīe princeps/substantiue sumpto: subiectionē ad principatū/nullomō debet absolute concedi vel ꝓprie: ꝙ pater est princeps filij/ neq̄ similes: quēadmodū latiori ꝓsecutione tradi posset. Etenī si pacta syllabarū tanta sedulitate seruāt inter se grāmatici: vt ait Aug⁹: quanta nos vrgere debet cura vt pacta certa terminorū: cū de diuinis loquimur/obseruem⁹. ¶ Ex hac cōsyderatione maxime moti sunt magistri nostri et ego ne doctrina illa Raymūdi lulli publicetur: habet eīm terminos a nullo doctore vsitatos.

Septima consyderatio.

perientie vox: ꝙ vehemẽter attenti ad aliqua/ve-
lata añ oculos nõ videmus. ¶ Idcirco ad horrẽ
H dum transitus ꝑcipitium rotamur: nec aduertim⁹
nec insuꝑ formidamus. ¶ Fingamus obsecro ta
lem ante mẽtis intuitũ imaginẽ: nam ꝛ in imagine
pertransit homo/inter cautes ꝛ scopulos/inter vo
ragines scylle ꝛ carybdis/inter mille latrunculoꝝ
piratarũqꝫ insidias habendus est transitus: Ubi
quilibet si casu aliquo deuians tantisꝑ offenditur
de seipso deqꝫ salute sua irreuocabiliter actum est.
Nauicula autẽ fragili luto compacta/ꝛ neruorũ
vinculis ligata est/citissime putrefactioni obno-
xijs. Atuero quicquid ille qui vehit͛ egerit/siue dor
miat/siue ludat ꝛ potet/siue irascat͛ ꝛ litiget: naui-
cula hec irreflexo iugiqꝫ rapitur cursu: ꝛ absqꝫ vl-
la momẽti interpolatione ad tam extimescendum
trãsitus locũ allabit͛ ꝛ ꝓperat. Que igitur insipiẽ-
tia? quis stupor/que similis estimabit͛ insania/si in
ter hec quispiam constitutus auertat oculos a pe-
riculis? Et vaga mente hucilluc qꝫ circũspectans/
vel ludat lascitius/vel insidias vicino paret: suarũ
negligens vel sirenum cantibus delinitus obdor-
miat: vel vino somnoqꝫ sepultus elanguescat: vel
colligẽdis inutilibus sarcinulis totus vacet. Ubi
si breuis hore momento aberrauerit/ tam certum
ꝛ horribile supeminet exitium. Et aliorsum spera
tur inexcogitabilis festoꝝ gaudiorũqꝫ eternitas:
si ꝓspero inoffensoqꝫ pede transierit. Transiet ꝗp
pe ex hoc mũdo ad patrẽ. ¶ Tu ꝟo ꝗsqꝫ ad meli
ora suspiras: hec te imago respicit/dum es añ diez
festũ pasche: añ diem trãsitus tui/dũ ianua nõdũ
suꝑ festiuãtes clausa est: dum scire ꝓdest/scito cũ
Jesu: qm̃ venit hora tua/vt transeas ex hoc mun-
do ad patrẽ/scito ꝙ tibi trãsituro agẽda supsunt.
Et id melius agnosces/si quotuplex tibi transitus
emineat/attenderes. ¶ Est ꝑmus trãsitus ꝑ ma-
re rubꝝ baptismatis vel ꝯtritiõis in egressu ex egy
pto. ¶ Est alter transitus ꝑ asperitatẽ tribulatio
nis ꝛ penitẽtie/in ꝓgressu ꝑ desertũ. ¶ Est terti⁹
transitus ꝑ iordanẽ mortis in ingressu terre ꝓmis
sionis. Huic tertio trãsitui ꝑ filios israel figurali-
ter pacto/triplex pascha cosiderare legimus. Cele
brauerũt itaqꝫ iudei pascha victimã transitus dñi
ante transitũ maris rubri. Celebrauerũt aliud pa
scha ꝓgredientes ꝑ desertũ in monte synai. Celebra
uerũt tertiũ pascha in ipso terre ꝓmissionis ingres
I su/Jordane ꝑtransito. Triplicẽ hunc transitũ co-
mitata sunt plurima: que si ꝑ singla ad mores tra
ducere liberet: exuberãtissima ꝓrsus esset materia
Ubi liq̃do comperi diuinũ verbũ instar viuidi fõ-

tis emanare ipsm potantibus: qui quãto plus ex-
hauriunt͛/ de tanto plus effluit. Uidere est itaqꝫ cir-
ca ꝑmũ transitũ agni paschalis immolationem
spissis plenã mysteriis. De hinc spoliationẽ egy-
ptioꝝ/ꝑmogenitoꝝ necẽ/diuisionẽ maris rubri/
egyptioꝝ subuersionẽ/marie cãticũ. Uidere est cir
ca scdm̃ transitũ columnã nubis ꝑ diem/ꝛ ignis ꝑ
noctẽ: desertũ vaste solitudinis inamenũ/horribi-
le/squalidũ/sterile ꝛ aridũ/serpẽtibus/feris hosti-
busqꝫ circũseptũ. Ubi nihilominus vixit tam nu
merosa multitudo pane misso celitus: ꝛ aqua erũ-
pente de saxo durissimo. Conspicies ad extremũ
in transitu tertio iordanẽ/qui ꝯuersus est retrorsũ:
ꝛ lapides duodecim a siccato alueo in monumen-
tũ sublatos. Dia ꝟo hec in figura ꝯtingebãt eis/
ad nostri doctrinã ꝛ eruditionẽ: in quos fines se-
culi deuenerũt. Sed ad alia vocat me t͛pis breui-
tas: ꝛ exemplũ recenti⁹ veriusqꝫ placet intueri. Nã
cum ois christi actio nostra sit instructio. Uidea-
mus oculo mẽtis ꝛ sedulo meditemur q̃d egerit ie
sus dux noster/q̃d ve ostenderit ante diẽ festũ pa-
sche sciens ꝗ venit ꝛc. Siq̃dem plurima tunc fecit
ꝛ docuit/inter que illud ꝑcipuũ: illud nostre mate
rie ꝛ ꝓposito ꝯgruenti⁹ est: quod ꝯtinuo subinfert
euangelista in secũda thematis ꝑticula: Cum dile
xisset inq̃t suos q̃ erant in mũdo/in finẽ dilexit eos
Non deseruit euangelic⁹ sermo ꝯnexam ꝟborũ
ꝓprietatẽ: Nam que secũdior poterat exꝑmi dile-
ctio/ꝙ patris noie. Dicere potuit euãgelista: Sci
ens Jesus qꝛ venit hora eius vt trãseat ex hoc mũ
do ad deũ/vel ad gloriã/vel aliq̃d hmõi. Sed im-
mediate locutus⁹ de dilectiõe/nomẽ fontalis cha-
ritatis ꝑ paternũ nomen expssit/ꝛ addidit: Quia
cum dilexisset suos qui erãt in mũdo/in finem di-
lexit eos. Uis igit͛ transire ex hoc mũdo ad patrẽ
de egypto miserie ad terrã ꝓmissionis eterne: tibi
ꝓposita est dilectiõis semita: via charitat͛ regia
qua transijt Jesus. Per hanc viam ambulãs non
deuias: hanc insequens non exorbitas: huic inni- K
tens nõ succũbis. Hac comitãte singula ꝑiculorũ
gña (q̃ ab exitu egypti ꝑ desertũ ꝛ deinceps occur-
rerint) supabis. Hac duce ad ꝓmissionis terram
portũqꝫ felicitatis attingis. In hac ꝯplectit͛ ꝛ vni
tur tota mandatoꝝ diuinoꝝ via/ꝙ cucurrisse gliat͛
dicẽs: Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Breuis se-
mita dilectio. Nã q̃ diligit ꝓximũ/legẽ ipleuit. Et
rursum plenitudo legis dilectio. Et viator noster
Jesus qui exultauit vt gigas ad currendã viam.
Nunq̃d a ꝑmo mane natiuitatis vsqꝫ ad meridiẽ
ꝑdicationis: ꝛ nũc ad vespex/dum hora sui occasus
venit: quo transiret ex hoc mũdo ad patrẽ/viã hãc
dilectiõis indeuiabilr ꝑagrauit? Audi (si hesitas)
ꝑsens verbũ. Quia cum dilexisset suos q̃ erant in
mũdo: vtpote ꝓ eis natus/ꝓ eis postmodũ ꝑdi-
cationi sedule ꝛ laboriosissime dedit⁹/in finẽ dile-
xit eos: ꝓ eisdem morte spõtanea duriter occũbẽ-
do. Et hñ ẽe/ in finẽ: diligũt enĩ aut diligere viden
tur nos hostes nr̃i: sꝫ ad t͛ps/nõ i finẽ. Diligit mũ-
dus/dũ fortuita bona auri argẽti ve cumulos su-
is distribuit: sꝫ nõ in finẽ: qꝛ morientes nudos dese-
rit. Diligit caro blãdimẽta illecebrosaqꝫ volupta

tes subministrās:sed nō in finē:qꝛ diuulsa ab ale necta ꝟtibus scaturit. Diligit demon/dū3 vanis honorū vehiculis hōlem extollit:s3 nō in finē:qꝛ miserā alam allidit dum alleuaret:⁊ in abyssū3 deijcit. At vero christ⁹ iesus cū dilexisset suos q̄ erāt in mūdo/in finē dilexit eos. Et ita ꝑfecto dilexisti tuos in finē salutifer christe/tum ꝟbis/tum longe patētius factis. Hinc illa cene paschalis cōicatio hinc humillima in pedū ablutiōe subministratio: hinc memorialis eterni sub sacri specie derelictio: hinc exhortatio crebra vehemēs ⁊ ꝓlixa ad dilectionē:hinc postremo oblatio tue humanitatis ad oēm penaꝝ ⁊ ꝯtumeliaꝝ durissimeq3 mortis ꝓ sua salute ꝑpessionē. Quisq̄s ad hec quinq3 signa per christū exhibita cōuerterit oculos:intuebit̄ q̄ recte dictū est: Quia cum dilexiss3 suos q̄ erāt in mūdo ⁊c. Habet itaq3 ꝟa dilectio iuxta q̄nq3 ꝑdicta.

L Primo amicabilē ꝑticipationē. Propterea cenauit hodie ipse q̄ charitas est cum discipulis ⁊ hoste. Habet secundo obsequiosam humiliationē:idcirco lauit pedes coꝝ ⁊ extersit. Habet tertio liberalē sui ipsius donationē:ideo ꝑbuit seipsum/ quo maius nil dare poterat in eucharistie sacro. Hab3 quarto diffusiuā ꝟitatis ⁊ sui publicationē:propterea ad habendū charitatē mutuā admonuit. Habet q̄nto ꝑmanentē stabilitatē: ꝓpterea morti nō cedit nec tormētis. Et cum dilexisset suos ⁊c. Concordātias istoꝝ si reqris:pleni sunt sapientales libri/q̄ de christo sapiētia patris sunt cōtexti. ¶ Ad has quinq3 dilectionis ꝓprietates nō operosum est reducere illas sedecim ab apostolo positas.i. ad Coꝛ.xiij. Charitas inquit patiēs est/benigna ē ⁊c. Nam qꝛ charitas cōicatiua est singularis:ipsa eadem patiens est/benigna est. Quia obsequiosa et humilis/non emulatur/non agit perperam/ non inflat̄. Quia diffusiua est sui ipsius ⁊ liberalis non est ambitiosa:nō q̄rit que sua sūt:non irritat̄. Quia manifestatrix est sui ipsius ⁊ ꝟitatis:non cogitat malū:nō gaudet suꝑ iniq̄tate:ꝯgaudet autē ꝟitati. Quia deniq3 ꝑmanens est ⁊ fortis/oīa suffert:oīa sperat:oīa credit:oīa sustinet:⁊ nunq̄ excidit. Iste sunt ꝟe dilectiōis ꝓprietates ⁊ signa:quibus apertū dedit indiciū Jesus/cū venit hora ei⁹ vt transiret ex hoc mūdo ad patrē:qꝛ cū dilexisset ⁊c. Q3 si q̄s pulcherrimū Ciceronis de amicitia libellū/e dicta Aristotelis.viij.et.ix.Ethico.⁊ Senece in q̄busdā epistolis inspicere voluerit. Has ꝟe amicitie ꝓprietates notatas inueniet/q̄tū hoībus salubris fidei exptibus disserere datū est. Sed qꝛ fidelis fidelibus loquoꝛ/ plus hꝫ autoritatis apud me Pauli verba/q̄ Tullij:⁊ theologi Joannis/q̄ phi Aristotelis. Amplius qꝛ amicitie iura ad paucissimos artauerūt:nos ꝟo illam loq̄mur amicitiā s̄m quā iure ꝑcepti diuini homo q̄libet absq3 vlla exceptione amand⁹ est:iuxta illud: Diliges ꝓximū tuum ⁊c. Quāobrē pede quo cepimus gradiamur:⁊ vt amandi artē cognoscam⁹/intremus scholā christi/q̄ verius a christianis q̄ Cupido vel Venus a poetis/deus amoris appellatur. Est eñ deus dilectionis/non solū amicoꝝ/sed etiā inimicoꝝ:cum dilexisset ⁊c. Frustra plane sperat aliq̄s in tremendo sūmi cācellarij examine transire ex hoc mūdo ad patrē/si dilectiōis artē nescuerit. Similr̄ incassum idem gl'iat̄ de religionis ob- M
seruatione/de ꝑambulatōe mandatoꝝ dei:si nō exemplo abbatis ⁊ ducis nr̄i iesu christi iugū charitatis tollat suꝑ se/regulāq3 dilectiōis obseruet:in puncta q̄nq3 ꝑdicta ꝯdistinctā. Obserues in primis o discipule christi/vt exēplo eius sis cōicatiu⁹ ⁊ familiaris ad ꝓximū:non tam corꝑali q̄ mētali ꝯsortio/⁊ animi quadā ꝑparatione. Corꝑalis eñ exercitatio q̄ fit in cōmessatiōibus ⁊ ꝯfabulationibus ad modicū vtilis est:nō respuēda tñ cū tꝑs postulat aut res. Nequit aūt animus impatiēs defectū ꝓximi ⁊ austerus/amicabilr̄ cū3 eodē copulari:indignat̄ potius/refugit/aspnat̄:⁊ quasi duꝝ colliditur. Patientia vero ⁊ benignitas eum mollificāt liquefaciūt/tractabilēq3 efficiūt:ac ꝑinde copulat̄ facile ad ꝓximū:vbi etiam durus ꝑ iniurias/probra vel ꝯtumelias extiterit. Vides qꝛ vt charitas cōmunicatiua reddatur/vt patiens ac benigna fiat necesse est. Difficile hoc esse clamabis vt iniuriantes ames/benigneq3 suscipias. Difficile est fateoꝛ(inquit Naso)sed tēdit in ardua virtus. Alioq̄n non dixisset Sapiens: Melioꝛ est patiens viro forti:⁊ qui dñat̄ animo suo expugnatore vrbiū. Et quō dñat̄ quis animo suo petis? Elucidat veritas: In patiētia inquit vestra possidebitis aīas vestras. Et q̄d possideri nisi dñari? Jugum hoc charitatis ꝑus tulit christus/ne forte credas intolerabile:seruauit regulā amoris ⁊ viā dilectionis ambulauit. Naz q̄ iniuria crudelioꝛ? q̄ truculētioꝛ odij rabies/q̄ vt discipulus magistꝝ/filius patrē familiaris dñm/bñficiatus bñficū absq3 vlla nec verbali q̄dem lesione/ ꝓdere audeat hostibus capitalissimis ⁊ in necem horrendissimā osculo tradere? Hic talis ⁊ deterioꝛ q̄ verba describere sufficiant/erat Judas erga christū. Sed accipe quid abbas noster patiēs ⁊ benignus effecerit:⁊ quo pacto q̄nq3 puncta regule charitatis in hoc vno cōpleuerit: cum tam noto tāq3 scelerato ꝓditore suo epulatus est. Ecce ꝑmū: Ad pedes ei⁹ sacrilegos abluēdos imperiosa3 ceruicē mira humilitate deflexit:habes scdm. Et eidem seipm sacrālr̄ exhibuit:habes tertiū. Ipm vt resipiscēdo diligeret/absq3 vllis ꝯtumelie vocibus monēdo terrendoq3 cōmonuit:habes quartū. Ad ipsius deniq3 ꝓditoris nephandisq3 osculū os dedit:nec extinxit aut tepefecit amorē suū tāta infidelitatis/ingratitudinis/iniq̄tatisq3 glacies quo minus alam pro ipso ponere:nec ideo minus ꝓ ipso/qꝛ simul ⁊ ꝓ multis:

habes q̄ntū. ¶ Erubescat hec audiens discipul⁹ N
christian⁹ quē tāta leuitate frāgūt iniurie: qui ad vnū puerile verbū duri⁹ factū/ implacabilr̄ excandescit:reijcit patientiā:iugū dilectiōis a ceruicib⁹ excutit:discindit vestē nuptialē charitatis:benignitatē execrat̄:⁊ oculo toruo/facie minaci/tumēti silentio/vel canino latratu/ad vindictā exercendā tota iracūdie furētis auiditate currit ⁊ rapit̄. Porro quanto satius esset obliuisci iniuriaꝝ ⁊ hōiem ad patrē ex h̄ mūdo trāsituꝝ neq̄q̄ talib⁹ irretitū ⁊ implicatū retardari:⁊ attēdere illud Terentianū;

boi in vita nihil esse melius hũanitate atq̧ clemē
tia. Quāto ꝯsultius egit māsuetissimus Dauid er
ga maledicētē sibi Semei. ij. Reg. xvi. Dimittite
inquit vt maledicat: si forte respiciat dñs afflictio
nē meam / ꝛ reddat mihi bonū ꝓ maledictiōe hac
hodierna. Et ita ꝑfecto deus iudex vindexq̧ sup
mus: si ad eum causa tue iniurie ꝑ patientē beni
gnitatē remittaꝛ: dabit ꝓ malo hoc bonū ꝟtutis ꝛ
glorie. Alioqn non dixisset: Mihi vindictā ꝛ ego
retribuā. Sed si ꝑ impatiētiā ꝓpriū dei velis vsur
pare iudiciū / ꝛ vindictā exq̄rere: ꝑdis operā / ꝛ cau
sam tuā deteriorē efficis / simulq̧ teipm ledit: ꝛ euo
cat rancor in aio / sollicitudo molesta ꝓsecutiōis:
ꝛ vbi etiā sub iudice lis est / sꝑ in incerto ꝟsaris: ne
plus equo tuas ꝓsequaris iniurias. Nam ꝛ si par
ue sint / nemini tñ iniurie sue parue videnꝛ: ait Ju
lius cesar apud Salustiū in cathel. Notus est mi
hi vir tpe nostro / qcq̄d inuidia ostrepet / clarissim⁹
ꝛ absq̧ vlla dubitatiōe doctissimus / q̄ grauibus ꝛ
ingratis lacessitus iniurijs extitit / spreto oīs iuris
diuini ꝛ humani ordine. Sed ꝑ hec ꝛ silia medi
camētoꝝ spūaliuȝ antidota / q̄ innumerabilia sunt
inductus est: male silentio cedere calūniantibus /
q̄ eoꝝ vexationib⁹ cōprimēdis ꝛ puniēdis inten
dere. Et cur nō egisset hoc christian⁹ miles ꝓ vi
ta eterna: qñ tot incredulos loquunꝛ historie: q̄ in
iurias suas patienti benignitate dissimulandas
magis q̄ vindicādas (ꝑsertim cū ꝑturbatōe reipu
blice) iudicarūt: ꝛ spontaneo se damnarūt exilio
De his Ualerius lib. v. de ingratis / de Furio ca
millo / de Scipione africano ꝛ Nasica / de Haniba
le ꝛ alijs. Sentio q̄ breuis hora supsit / q̄ reliq̄s di
lectiōis ꝓprietates cōpellit trāscurrere potius q̄
tractare. Si cupiditas ꝓ spe inanis glorie vel pe
cunie / facit hoiem exteri⁹ cōicatiuū / patientē / beni
gnū / amicabilē: qḋ in adulatorib⁹ ꝛ dissilibus tpi
bus colligiꝛ: quāto magis hoc efficere habet vera
D charitas ꝓ spe felicitatis eterne. Sed sentio quā
ta velocitate sol declinis ad vesper ꝑtranseat. Et
q̄dem ꝑtimesco / ne aqua nostre locutionis paꝝ cla
ra / paꝝ nitens ꝛ feruida paulo minus stillauerit in
metalē quorundā auditoꝝ peluim: etiā vsq̧ ad suf
ficientē ablutionē pedū ꝛ sordiū. Quāobrē venit
hora ꝛ iam est / vt trāseat sermo ex hoc ꝟboꝝ stre
pitu ad silentiū. Et ea plurima q̄ de trāsitu nostro
via charitatis regia dicenda superant / quā tracta
re disposuerā ꝑtermittaꝛ: hoc vnū sub ipo fine tan
deȝ admoneo: vt dum sum⁹ añ diē festū pasche / dū
venit hora vt trāseamus ex hoc mūdo ad patrē: ex
terrena. s. ꝯuersatiōe ad ꝟtutē ꝛ grām: ꝑparemus
nos ad edendū digne cibū nostre salutis / viaticū
nostre ꝑegrinatiōis / pascha veꝝ / trāsitus nrī in eu
charistie sacro: q̄timus ambulemus in fortitudie
cibi illius vsq̧ ad montē dei: ꝛ ꝑ viā charitatis re
giā gradientes / ꝛ neq̧ ad dexterā neq̧ ad sinistraȝ
declinantes: trāseamus de ꝟtute in ꝟtutē donec
videaꝛ deus deoꝝ in sion. Deus ille qui cum dile
xisset suos qui erant in mundo / in finem dilexit
eos. Deus noster iesus christus cum patre ꝛ spiri
tu sancto vnus deus benedictus in secula seculo
rum: Amen.

Sermo Johannis

Gerson in die sancti Ludouici.



Edit illi gloriaȝ
regni. Scriptū est originaꝛ
. i. Paral. xxix. ꝛ viii. c. ꝛ ad li
tera de ipo rege Salomone
Trāssumiꝛ aūt nūc ad gliosū
regē nostꝝ btm̄ Ludouicum
huius capelle inclyte / immo
totius regni frācie patronū singularē. Te in ꝑmis P
gliosam ꝟginē / cui grām regni talē dedit deus: vt
ꝛ regina miscōie ꝛ regina celoꝝ vocari merueris: ꝛ
btā dici de oībus gñationib⁹ imploiabim⁹ salutā
tes ꝛ salutabim⁹ ꝓ impetratiōe grē postulātes ꝛ di
cētes: Aue ꝛc. Dedit illi ꝛc. Ecce reuerēdi patres
doctissimi ac sapiētes viri. Ecce nūc accessisse vos
ꝯsydero ad mēsam ꝟbi dei: de qua ꝑ ꝓphām: Pa
rasti in ꝯspectu meo mēsam: ꝛ Sap. ix. de eadem
dictū est sapia q̄ posuit mēsaȝ ꝛ miscuit vinū. Hāc
ꝟo mēsam apponi hoc die / hoc loco ꝛ hac hora ꝛ
mos habȝ hacten⁹: ꝛ grām regni decet: regni tuȝ
ꝛalis / tum mystici / qḋ est vniuersitas hec insignis
ꝛ ꝑclara. Porro quāta sit auiditas vestra sobria ꝛ
sancta gustādi in hac mēsa panē illū q̄ est ꝟbū ꝓ
cedēs ex ore dei: ex quo viuit homo. Matth. iiij.
ꝛ Deut. viij. frequēs iste vester ꝯuētus ostēdit. Sed
q̄d dicā? Dies / locus / hora / ꝯuiue / ꝑsto sunt: coquus
cibi ministrator ordinat⁹ deest: vt videamur inci
disse in illud Tren. iiij. Paruuli petierūt panē / et
nō erat q̄ frangeret eis. Coquū diuersoꝝ ferculoꝝ
appello reuerendū in christo patrē ac magrm̄ dñȝ
Abbatē scti Germani de pratis. Ille vt egregius
ꝛ apte institutus parauerat vobis cibū electū: nō
dubito ꝑciosum / lautū / splendidū / saporosum. Sȝ
fortibus vinculis estuantiū febriū correptus (ita
eñ summo regi familias placitū est) ipe grabatu
lo valitudinario teneꝛ obstrict⁹: impotens est acce
dere. Et hanc ipe impotētiā tarde plurimū ꝛ ni
mis insinuare fas habuit. Erat eñ velle suum va
lidū accedendi huc etiā supra corꝑis vires. Uerū
nihil est quod nō exuperet ꝛ frangat fortis egritu
do. Itaq̧ dicere habet cū aplo: Uelle mihi adia
cet: sed posse non inuenio. Quid ageret tūc istud
venerabile ꝛ insigne / egregiū ꝛ regiū collegiū hec
audiēs / quo se ꝟteret inter has angustias ꝯstitu
tum? Remitteret vos absq̧ cibo ieiunos: hoc aūt
insolitū / turpe / incuriale / inhonoruȝ. Ministraret
ex improuiso verbi cibū: hoc ꝟo difficile ꝛ formi
dine quadā deficiēdi trepidulū videbaꝛ. Tentate
sunt vie multe: ꝛ (vt sub cōpēdio rem eloquar) sar
cina hec ꝑdicatiōis debilibus humeris meis cuȝ
multis ꝛ magnis inculcatiōibus imposita est.
¶ Qm̄ imposita est? Die martis ꝑmo post vespe Q
ras / ꝛ sero illo recepi ꝑmo thema ab altero iam aſ
sumptū. Neq̧ eñ thematis ꝛ ex ꝯñti neq̧ materie
electio mihi relicta est: quo magis ignoscat: ꝛ be
nigna sit ꝓuidētia ꝛ humanitas vestra. Reuoluebar
q̄dem multa ꝛ varia aio circūuoluēs. Nimirū per

terrebant me plurima: due p̃sertim effigies horri de cõcurrebant mentẽ meã. Una arrogãtis temeritatis notatio. Altera fedi ꝛ turpis defectus formidatio. Ita videlicet si in mẽsa ꝛ cõuentu isto celeberrimis: ego quadã frontosa aut stolida anxiositate improuisus accederẽ p̃dicatiõis epulas ministrare: velut illotis (sicut dr̃) manib⁹: velut sordidulis verboꝝ vasculis atq̃ fictilib⁹: velut gestu immaturo turbatoq̃: q̃ oĩa nauseã risum ꝛ cachinnũ discũbẽtib⁹ magis q̃ refectionẽ p̃bere viderẽtur. Itaq̃ p̃dicator vitiose p̃dicãs / q̃d aliud est q̃ homo magnis vocib⁹ ad sui irrisionẽ inclamitans ꝛ inuitãs? Nihilomin⁹ expo sui me ꝛ fortunas meas ad mãdata ꝛ cõsilia illoꝝ: q̃b⁹ nihil negare / nihil nõ credere fas habui. Sciẽs ergo ꝛ fidẽs i flãmã mitto manũ: vt Hiero. loquit̃: sciẽs q̃ nõ est ludus p̃dire in publicũ ꝛ tale publicũ. Cognouistis nup ex p̃uiso q̃lis erã: ꝛ si g̃lia inde fuit / ego illã ɔtẽnere ꝛ hũilitans pedib⁹ p̃mere habui. Nunc eodẽ aĩo infamiã si q̃ oborta fuerit: ꝛ verba hominũ hincinde volitãtia deo p̃picio ɔtẽpturus sum sciẽs cũ aplo ꝛ Hieronymo: q̃ p famã ꝛ infamiam venit̃ ad christum: q̃ oportet scire abũdare ꝛ scire penuriã pati. Et fides p̃terea in auxilio illius q̃ dixit: Aperi os tuũ ꝛ implebo illud adiuuantib⁹ intercessionib⁹ regis nr̃i: de quo nũc ostẽsuri sumus q̃ dedit illi dñs gloriam regni. ¶ His ita p̃ re et tpe p̃locut⁹ ꝛ absq̃ mẽdacio nr̃o hec p̃locutis (absit a nobis tã publicũ ꝛ impudẽs mẽdaciũ) ad rem venio: ad sermonẽ quẽ in tres partitiões cõdistinguo: in generalẽ / in specialẽ / ꝛ in p̃ticularẽ. Dedit illi g̃liam regni. Quis dedit? Non dubiũ q̃n ille a quo oẽ datũ optimũ / ꝛ oẽ donũ p̃fectũ desursũ est descẽdẽs a p̃re luminũ. Iaco. j. Ille q̃ hz in vestimẽtis ꝛ in femore suo scriptũ: Rex regũ ꝛ dñs do-

K minantiũ. Apoc. xix. Sic eñ antonomatice loquẽdũ fuit absq̃ nois expssione: de illo in cui⁹ manu est dare regnũ cui vult / ꝛ mutare: q̃ dñat̃ filiis hominũ. Dan. iiij. Sed cui dedit? Utiq̃ regi nr̃o: de quo hodie sermonẽ habituri sum⁹ btĩssimo Ludouico. Quid v̊o dedit? palã positũ est: q̃ gloriã regni. Dedit ergo illi gloriã regni. Uex ex p̃pheticis ꝛ sacris eloquiis questio pulsat animũ. Ait itaq̃ dñs ex ore Esaie. xlij. Gloriã meã alteri nõ dabo: q̃ gloria plane est gloria regni: q̃m alibi legit̃. j ad Thim. j. Soli deo honor ꝛ gloria. Regnũ insuper ꝛ imperiũ ꝛc̃. Apoca. multis capitulis: vrimur ergo cõplexione tali. Si soli deo gloria ꝛ regnũ: q̃ rõne gloriã regni Ludouico putabimus ascribendã? Aut si Ludouico dat̃ gloria ꝛ regnum: quo pacto soli deo erit regnũ ꝛ gloria? Absoluimus hanc dubitationẽ ex nominũ seu terminoꝝ declaratione. Terminoꝝ q̃ppe ignorãtia quotidie multos paralogizare facit in omni materia. Et dicim⁹ cum eleuatis ꝛ sctis doctorib⁹ ꝛ illustratis metaphysicis: q̃ nihil de deo ꝛ creatura vniuoce p̃dicat̃: sed vel equiuoce vel saltẽ analogice ꝛ p quandã similitudinẽ / appropriationẽ ꝛ reductionẽ: quẽadmodũ sanitas analogice dicit̃ de vrina ꝛ medicina ꝛ corpore sano. Cõfitemur ergo q̃ soli deo honor est ꝛ regnũ ꝛ gloria ꝛ imperiũ / p̃prie ꝛ eminẽter: p abnegationẽ oĩmode seruitutis / ꝛ elongationẽ ab oĩ subiectione. Sed aliis cõcata sunt ista p imitationẽ ꝛ p̃ticipationẽ analogã. Hinc saluator qualit̃ p̃ma ꝛ sola est veritas ip̃e deus: vt est in tẽrio Anshelmi / tractatu de v̊itate: ꝛ q̃ sola est bonitas / sola est pulchritudo / ꝛ similia: sicut de⁹ est oĩa in oĩbus: s̃m aplm̃ ꝛ Dionysiũ de diui. no. Ad cui⁹ dei exemplar ꝛ imitationem dicunt̃ cetera vera ꝛ pulchra / imo ens ꝛ vita. Noli mirari: q̃m cõsonat ad illud q̃d cõis schola tenet de bonitate actus exterioris: q̃ toto dependet a bonitate intrinseca act⁹ interioris: nõ q̃n actus exterior sit bonus / ꝛ q̃n habeat distinctã bonitatẽ: sed q̃ illã nõ habet in eadẽ plenitudinis rõne sicut interior: ꝛ nõ nisi participatiue ꝛ imitatione ad ip̃am. ¶ Dicamus pa- B
riformiter de gloria regni quã in hoĩbus reperim⁹: q̃ illa est p imitationẽ ad deũ: quẽadmodũ insinuasse videt̃: nõ solũ vt theologus / sed vt metaphysicus ipse sapiẽs Eccl̃i. xxiij. dũ ait: q̃ gloria magna est sequi dñm. Sed aũt quid aliud est q̃ imitari: h̃ mõ accipiendũ est verbũ thematis propositi: Dedit illi gloriã regni. ¶ Ex hic assumo p̃usq̃ ad vlteriora p̃grediar tres consyderationes.

Prima consyderatio.

¶ Attribuere beato Ludouico aut cuicunq̃ alteri sanctoꝝ gloriã regni ꝛ honorem idolatria est: si gloria / regnũ ꝛ honor in sua p̃prietate prima capiant̃. Alioq̃n ea nõ essent vera / q̃ totiẽs inculcat scriptura: q̃ soli deo honor ꝛ gloria: sicut ꝛ sol⁹ est potẽs / solus sapiens / solus bonus. Nemo bonus nisi solus deus: ꝛ ita nemo virtuosus / nemo honorandus: cũ sit honor exhibitio reuerentie in signũ virtutis.

Secunda consyderatio.

¶ Fas ẽ attribuere btõ Ludouico aut alteri sanctoꝝ gloriã ꝛ honorẽ p imitationẽ ꝛ reductionem ad deũ: imo tali mõ gloriã ꝛ honorẽ tribuim⁹: tũ imaginib⁹ / tũ reliquiis / tũ locis sacris / ꝛ sit̃ib⁹ deo dedicatis: inq̃ntũ ducũt finalr̃ in reuerentiã dei et honorẽ. Quare aũt nõ sic liceat attribuere diabolo / q̃ est imago dei in suis naturalib⁹: ꝛ de multis aliis dubitatiõib⁹ dicere cessabim⁹: ne diuerticula hec impediãt p̃ncipalẽ nr̃e orõis semitã ꝛ cursum. Remitto vos ad Guillermũ parrhysiensem in de fide ꝛ legibus: ꝛ ceteros sup sententias.

Tertia consyderatio

¶ Omnis gloria regni in rebus creatis fundatur G
in titulo ordinate subiectionis atq̃ seruitutis: ita q̃ christus legislator noster nõ solũ theologice / sz etiã metaphysice collocauit fundamentũ oĩs glorie ꝛ regni ꝛ p̃fectionis euangelice in subiectione: vt tandẽ sic pudeant infideles fidẽ de stulticia lacerantes: quãdo ex eoꝝ schola altissimas nostre legis cõclusiones possumus cõprobare: vt istam ex duodecimo metaphysice de felicitatione intelligentiarum per subiectionẽ ad primã. Pudeat insup elatos qui nõ in dño / sed in se tanq̃ nõ acceperint gloriantur. Aliter a fideli centurione qui locuturus de sua dominatiõe p̃misit / q̃ erat sub potestate cõsti-

titus. Hanc vero subiectionē appellat aliqñ christus paupertatē spūs: vt Matt. v. Beati paupes spū. Aliqñ nolat eā humiliationē: vt ibi: Qui se humiliat/exaltabit. Lu. xiiij. Aliqñ minorationem: vt ibi: Qui maior est vestrū/erit sicut minor. Lu. xxij: Et ita patet φ nō solū ex ficta humiliatē: sed ex rei veritate ꝛ ꝓprietate maior in ecclesia dicit̃ seruus seruoꝝ. Et oē dominiū rōnalis creature q̃nto ē latius/tāto habet plꝰ de subiectiōe pmittū. In hoc fundant scti nolatum Guillermus parrhysiensis peccatū Luciferi: q: preesse absq̧ subiectiōe atq̧ seruitute ꝛ mutua refamulandi vicissitudine cōcupiuit. In hoc etiā fundat̃ ois iniq̇tas tyrannidis: q: tyrānus nō ad vtilitatē alioꝝ/sed ad ꝓpriā requirit dn̄ari. Et hec cōsyderatio reprobat euidenter omnē auariciā proprietariā: qm̄ nullū ens recipit bonū aliqḋ/quin teneat̃ esse illiꝰ diffusiuū ẜm possibilitatē suā ꝛ ordinē diuine sapiētie. Multa plꝰ plurima possent induci: ꝑpter q̄ ꝛ similia cōsequēter cōcludere fas habemꝰ: φ q: in beato Ludouico illa reperta sunt ex gr̄a dei. Dedit illi gloriā regni. Ut ad eundē beatū Ludouicū dirigētes sermonē dicamus: gloriā regni tui dicent/ꝛ potentiā tuā loquenẗ. Et in hoc terminat̃ pma nr̄i sermonis ps quā in generalitate quadā cōsistere cognoscitis.

¶ Deinceps ꝑ scōa pte q̄ ad speciāliora descēdit aduertendū est: φ supremꝰ rex vniuersoꝝ deꝰ vltra cōmunē ꝛ publicā in rebus oībꝰ creatis sue bonitatis diffusionē dat ex specialibꝰ quibusdā ītitulis creature rōnali humane triplex regnū. Dat regnū naturale ꝛ intrinsecū seu monasticū ꝛ psonale. Et illud fundat̃ in subiectiōe ad rectā rañonē. Nolo mihi credas si nō ostēdero ex schola phorū q̄ hoc asserāt. Uis (inq̇t Seneca) oīa tibi subycere subyce te rōni. Audi q̄d adiecit: subycere rationi. Dat regnū ciuile ꝛ politicū: ꝛ illud fundat̃ in subiectione ad publicā vtilitatē cum electione vel dei vel hoīm/vel hereditaria successiōne. Huiꝰ rei mihi testis est phs in politicis: q̄ ꝑ hoc inter regnū ꝛ tyrānidē cōdistingu̇it. Dat regnū diuinale ꝛ euāgelicū: ꝛ illud fundat̃ in subiectiōe ad ipam charitatē. Audi christū in euangelio hodierno: Primū querite regnū dei ꝛ iusticiā eius (q̄ est charitas) et hec oīa adycient̃ vobis. Hoc regnū pōt quotlibet dn̄is ex equo cōuenire. Et est inabdicabile seruata charitate. Rursus de pino Luc. xvij. Regnum dei intra vos est. Et Horatius in odis: Latiꝰ regnes auidū domādo spm̄/q̄ si lybiā remotis gadibus iungas: ꝛ vterq̧ penus seruiat vni. Et Seneca in epl̄is: Impare inq̇t sibi magnū est imperiū vel regnū. Et Sapiēs: Melior est patiēs viro forti: ꝛ q̇ dominat̃ aīo suo expugnatore vrbium. De his Cicero paradox. iiij. ꝛ Horatiꝰ in odis ꝛ satyris: ꝛ Boeciꝰ de ɔsol. cadūt in eandē sententiam. De secundo nimis abundant auctoritates scpture: vt in themate nostro ad litterā. Et ibi regnauit dauid/regnauit salomon. Et de iure huius regis habet̃. j. Re. viij. ca. de electione. Deut. xvij. Sub hoc regno cōprehendo omnē ciuilē politiā siue sit ecclesiastica siue rgalis. De tertio dicat nobis testimoniū cōsciꝰ secretoꝝ diuinoꝝ Joānes Apocal. j. Fecisti nos deo nostro regnū ꝛ sacerdotes. Quod vtiq̧ fit ꝑ gratiā siue charitatē. Et Petrꝰ: Uos estis regale sacerdotiū. Et glo. ad Roma. j. Seruire deo regnare est. Immo audi queso qualiter ipe etiā virgines christiane philosophabātur. Dic nobis beata Agathes: in quo ɔsistit regnum quodlibet seu ingenuitas generosa. Ingenuitas summa hec est/in qua seruitus christi cōprobatur quo minus admiror Boetiū in hac sentētia: Cuiꝰ agi frenis sūma libertas est. Frenū dei accipe: iugū suaue/ꝛ onus leue charitatis: vt ibi: In funiculis adā trahā vos in vinculis charitatis. Porro gloria cuiuslibet regni est pax seu tranquillitas et serenitas eius. Notat maximus Artaxerses I epistola sua Hester. xvj. De qua gloria apte intelligitur verbū nostrū/si ad beatū Ludouicū traducat̃: φ dedit illi gloriā regni. Exa nūc ꝑgamus vltra id agere qḋ in oi ptractatione difficillimū est. Describamus quodlibet illoꝝ regnoꝝ: vt ex descriptione velut ex luce ꝑspicua splendescat: q̄d q̄d ꝛ dicimus ꝛ dicturi sumus. Regnū in sua generalitate est societas ordinata in impando ꝛ obediendo ẜm legē eternā/vtendo legis eterne noie: sicut Aug. loquit̃ describens pctm̄/q̄ est dictū/factū vel cōcupitum ɔtra legē dei eternā. Hanc legem appellare possumus vel diuinā sapientiā/vel diuinā voluntatē/vel diuinū recte sue rōnis iudiciū: in administratione reꝝ ab eo cōditaꝝ: q̄ participatiue plus ꝛ minꝰ deriuat̃ ꝛ effluit in oēs creaturas: ꝓsertim in habentes vsum rōnis. ¶ Utrū ṅo lex eterna dicat̃ plus de intellectu diuino q̄ de volūtate: discussiōis onꝰ nō hic suscipio: q: de hoc in summa multa locutꝰ est. N. ꝛ faciliter se hō resoluit si ꝓpriā vocē ꝛ conceptū cognouerit: ꝛ si nō se ꝑ cōuenienas fantasias gratis inuoluerit. ¶ Regnū naturale ꝛ intrinsecū seu monasticū in hoīe est societas ordinata in imperando ꝛ obediendo viriū diuersaꝝ: vt sunt intellectus/voluntas/sensus: ꝛ hoc ẜm dictamen recte rōnis naturalis iudicie. Potest aūt describi dictamen recte rōnis: quod est facultas iudicatiua docens tribuere vnicuiq̧ quod suū est: sicut iusticia describit̃ φ est ꝑpetua ꝛ cōstans voluntas/tribuens vnicuiq̧ quod suū est. ¶ Regnum ciuile ꝛ politicū est societas ordinata pluriū hominū sub vno in impando ꝛ obediendo: ẜm leges positas et ciuiles: q̄ vel diuinitus inspirate sunt ad regimen animaꝝ ꝑ eterna gloria quo ad spūalem politiā: vel sunt humanitus adinuēte ꝑ regimine corporis ad vitā hanc mundanā quo ad politiā tēporalem. Mediū cōfixerunt quidā in ecclesia dū iurisditiones ꝛ possessiones suas (vtriq̧ tēporales) iurisditionē spūalem appellauerunt. Et hoc inuenit cōfusionē in ecclesia magnā ꝛ schisma horrēda: vt schisma grecoꝝ ꝛ presens: sicut ab existimatione mea nō longe est. ¶ Regnū diuinale ꝛ euangelicum est societas ordinata pluriū vel tanq̄ pluriū: in fruendo ꝛ vtendo ẜm legem ꝛ dictamē charitatis. Dicit̃ vel tanq̄ pluriū/propter vires anie. Ex his paucis descriptionibus velut ex totidē sydenbus illustrari ꝛ cognosci facilius potest quic

quid legū omniū traditiones eloquunt̄. Ceterum gloria regni cuiusl ibet est (sicut p̄diximꝰ) pax. Est aūt pax tranquillitas ordinis ſm Augl. xix. de ci. dei. Ordo vero ſm eundē est pariū dispariumqꝫ rerū sua cuiqꝫ tribuens loca dispositio. Loca hic intellige in sua generalitate: put spūalibus conuenire pōt nomē istud. Erit igit̄ gloria regni primi: naturalis scꝫ ⁊ intrinseci pax ordinata siue tranquillitas temperata omniū viriū in hoīe in imperando ⁊ obediendo: hoc aūt stare nequit cū peccato. Oportet enī vt iusticia ⁊ pax osculate sint. Gloria secūdi regni pax est ordinata ⁊ cōcors cuiuꝫ in imperādo ⁊ obediendo: hoc similiter requirit iu-
y sticiā: qm̄ fructus iusticie pax inquit scriptura. Et nō est pax impijs dicit dn̄s. Remurmurāte synderesi: qm̄ de hoc iudice nemo reus absoluit̄. Gloria tertij est pax ordinata fruendi deo ⁊ ceterl vtendi in eo. Hec pax est inabdicabilis seruata charitate: q̄p̄ non fit preterq̄ in eterna felicitate pfecte stabilita. Et quibꝰ pulchrā corollarioꝝ moralium ⁊ metaphysicaliū catenā cōnectere liceret si vacaret. Et qm̄ rex noster pacē hāc in omni regno suo habuit. Tu deus noster rex vniuerse creature tue gloria ⁊ honore coronasti eū: ⁊ posuisti in capite eius tanq̄ in capite veri regis coronā de lapide p̄cioso. Hoc idem sonant verba thematis nr̄i: Dedit illi ⁊c. Quin etiam ipsa anima regis nostri est filia regis: cuius omnis gloria est ab intus: tamen in fimbrijs aureis circūamicta varietatibus opationū fulgentiū. Signat̄ insup amicta sole iusticie p illud signū magnū: de quo Apoc. xij. Signū magnū apparuit in celo: mulier amicta sole et luna sub pedibus eius: ⁊ in capite eius corona stellarū duodecim. Itaqꝫ aīa regis nr̄i est mulier ob vehementiā dilectionis. Est amicta sole iusticie duꝫ induta est lumine glorie sicut vestimento. Et talis apparet in quolibet triū celoꝝ aīe: imaginis. s. rōnis ⁊ mētis seu intelligētie simplicis: vel ad litterā in celo paradisi. Preterea luna totius mutabilitatis est sub pedibus eius: hoc est affectibꝰ per vsum debitū relatū ad deū absqꝫ feda subiectione ad eas res p amorē cupiduꝫ aut libidinosum. ¶ Deniqꝫ corona stellaꝝ duodecim est in capite suo. Et q̄le est caput istud, nisi rō synderesis, vel eiꝰ virtꝰ p̄ncipalis. Que sunt vero duodecim iste stelle: nisi p̄rogatiue duodecim singulares: q̄bus ornata aīa nr̄i regis refulgēs incedit: cui ⁊ gloriam regni dn̄s dedit. Et hec totidē dicta sūt p secūda pte nostri sermonis: q̄ specialiora aliqua vltra p̄ora apposuit.

¶ Exponamus nūc p tertia parte ⁊ vltima: particulariter ⁊ breuiter gloriā regis nr̄i: tū ad sui p̄conium, tū ad nostrā q̄lēcūqꝫ edificationē. Enumeremus (si possimꝰ, dn̄o ministrāte) duodecim istas stellas corone sue: q̄ est corona pfectionis inclyta ptegens eū. Prouer. iiij. Sunt aūt q̄tuor p̄rogatiue seu dignitates: ⁊ sereni fulgores tanq̄ quatuor stelle p̄fulgide in corona regis nostri: ⁊ hoc ratiōe primi regni. Quatuor rōe scd̄i: q̄tuor rōne tertij: et in hoc q̄ternitat̄ ternario corona regis nostri radiosa cōsumat̄. Et nos in eaꝝ dinumeratione sermonis nostri deo propicio terminum statuemus.

¶ Nos vero sumemus ternariū istū ſm triplicem habitudinē quā habuit rex noster i triplici regno. z
Una fuit ad sepsum: alia ad pximū: tertia ad deū. Rursus ternariū huius quaternitatis stellarū fulgentiū sumemus ex triplici cōsyderatione ⁊ distinctione quatuor virtutū cardinaliū. Que distinctio posita a philosophis ⁊ theologis nolatim a Plotino platonico ⁊ a recitatione eius in hoc a Macrobio. Nam triplicē istā quaternitatē virtutū cōstat ex hac triplici cōsyderatione duodenariū numeꝝ pficere. Sunt igit̄ virtutes quatuor cardinales: Prudentia, tēperantia, fortitudo, iusticia. Et haꝝ q̄libet conuenit homi: vl̄ vt ordinatus est ad seipsum in regno monastico: aut vt ordinatus ad alteꝝ in regno politico: aut vt ordinatus ad deū in regno euāgelico. Primo modo dicunt̄ purgatorie: secūdo mō politice: tertio mō purgati animi. De exemplaribꝰ nihil ad ppositū: q2 vel nulle sūt aut soli deo ꝯuenire noscunt̄. Hi sunt tres status hierarchici, tres actus: q̄ sunt purgare, illuminare, pficere ⁊c. De q̄bꝰ Diony. in multis locis. Hec igit̄ p fundamēto memori mēte retinētes: circumuoluamus paulisper aciē nostre cōsyderatiōis raptim ⁊ in trāsitu p hūc stellaꝝ duodenariū. ¶ Prima stella in corona regis nostri fuit fulgor letus ⁊ serenus prudentie purgatorie: cuius officiū vl̄ influxus est omnē animi cogitationē p̄ncipaliter in diuina dirigere: ⁊ huic correspōdet fides: et radij tot sunt quot sūt catholice veritates. Uel radij rō intellectus, circūspectio, puidētia, docilitas, cautio ⁊c. Hanc ab adolescētia habere studuit indytus ⁊ serenissimꝰ rex noster: dū l̄ris sacris ⁊ catholicis erudiri studuit q̄tū satis erat ad deū fide syncera cognoscendū ⁊ cognitū diligendū. Ea porro q̄ didicerat, postmodū filio suo ppria manu scripsit. Ubi in paruo opusculo magna nitet prudentie huius scti claritudo. Et hic laudanda occurrit pia ⁊ memorabilis mater sua: a qua domi habuit vnde talia disceret: sicut Terentij sermo est. Detestande sunt ex aduerso misere matres nostri tpis: q̄ mille modis pdunt filios suos in oī gradu et ordine: dū moribꝰ ⁊ exēplis pditis narrant puerl̄ suis fabulatiōes: sed nō vt lex tua dn̄e deus nr̄: ⁊ insanias falsas. Prudētia fidelis in rege nr̄o nituit signis multis. Primo dū dixit se nolle videre miracula p sacro altaris ꝯfirmādo. Scd̄o dum de fide x
sollicitus audiebat. Tertio dū ppter hoc iter simplices sedens basse: sermones audire nō cōfundebat̄. Quarto duꝫ voluit vt sibi veritas diceret̄ ab oībus: et hoc monuit in filio: vt talē se p̄beret cui dicere veritatē hoīes nō timerēt. Sciebat q̄ principes cū multa habeant, nō habēt (vt Seneca ait) q̄ eis dicat veritatē: et ipsi sibi causa sunt, dū dicūt saltē signis: Loq̄mini nobis placētia. Princeps aūt q̄ libenter audit verba mendacij, verba adulationis, omnes ministros habet impios: sicut testimoniū ab experientia sumpsit sapiens. Deniqꝫ p̄clare dictum est a Tullio in de amicitia: Cuiꝰ aures clause, ne veritatē ab amico audiat: huius salꝰ desperanda est. ¶ Secunda stella fuit serenus fulgor temperantie purgatorie. Cuius officiū est ea

moderate sumere/q̄ corporis vsus requirit. Hui⁹
radij sunt/modestia/verecundia/castitas/frugali-
tas/sobrietas ꝛ pudicitia. Ex quibus oīb⁹ sicut re
gem nostrū cōmendat legenda sua (Corpus enim
ieiunijs multis atterebat) ita plures e iuuenib⁹ et
hominibus hui⁹ fede etatis nostre vita reprobat
inculpat. ¶ Tertia stella fuit fulgor serenus forti-
tudinis purgatorie. Cui⁹ officiū est nō terreri mor
te vel ceteris incōmodis corpis vel fame ad pec-
cādū. Cuius radij sunt/magnanimitas/fiducia/se-
curitas/magnificentia/cōstantia/tolerantia/firmi
tas/longanimitas/pseuerantia. Hec fortitudo sa-
tis enituit in regno pprio: in forti domatione car
nis pprie cū illo imperatore Valeriano/qui dixit
se de vno triumpho gloriari: qi hostē seuissimum
domuerat carnē suā. ¶ Quarta stella fuit fulgor
serenus iusticie purgatorie. Cuius officium est vi
res oēs suas ad ordinē recte rōnis disponere. Cu-
ius radij sunt innocētia/amicitia/cōcordia/pax/la
tria/dulia/pietas/religio/humanitas/cōtritio/pe
nitentia/satisfactio. Hanc stellā nōne habuit rex
noster/dū voluntas subdita fuit deo: dū recte im-
perauit viribus inferioribus: dū inferiores obse-
cute sunt? ꝛ ecōtra in puersissimo quondā regno
videmus: ꝙ asinus. s. corp⁹ sedet in throno regni
ꝛ regina rō pedibus eius indigne cōculcat. Fedū
pfsus ꝛ in honorꝫ spectaculū: ꝙꝙ quotidianum ꝛ
B publicū. ¶ His quatuor fulgoribus enitescit ho-
minis regnū in seipso/ꝛ enitescebat in Ludouico.
Dedit igitur ei dn̄s gloriam regni/in hoc pmo re
gno. Proinde circūducamus oculos nostre cōsy
derationis ad scdm quaternariū: ꝛ videbimus qn
tā stellā ꝛ primā in hoc ordine: quā dicim⁹ fulgo-
rē serenū prudentie politice. Dedit ista stella radi
os suos p totū regnū francie: prudenter dirigēdo
status oēs in finē suū/sm consiliū Aresto. in politi
cis. Unde causas rex noster psonaliter ꝛ sedul⁹ au
diebat/prudenter examinabat/celeriter termina-
bat. ¶ Sextā stellā ponimus tēperantie politice
fulgorē serenū ꝛ honorꝫ. Cuius iter cetera officiū
est/alienas cōiuges aut filias nō cōcupiscere vl ra
pere: in qua virtute si Scipio/qr captiuā vnā red-
dit/plurimū collaudat a romanis: rex noster qn-
tis est preconijs extollendus q̄ inter tot captiuas
nulla abusus est? Tarquinius qr Lucretiā intēpe-
ranter corrupit/regno puatus est/datus in exem-
plū: vt discant alienas nō rapere pncipes impudi
ci. ¶ Septimā stellā esse ponim⁹ fortitudinis po-
litice fulgorē serenū. Hec fortitudo satis enituit i
rege nostro in bellis ꝛ carcere barbarorꝫ. ¶ Octa
uam stellā esse dicimus iusticie politice fulgorem
serenū. Cuius radij sunt/ius suū vnicuiqꝫ tribuere
ꝛ hec dicit. v. ethic. pclarissima virtutum. De iusti
cia regis nostri tota legenda sua respersa est: cōso
ne in hoc ad similitudines nostras de stellis. Un-
de ꝛ sibi ascribit ꝙ habuit quasi p oraculo singu-
lari illud: Beati q̄ faciūt iudicium ꝛ iusticium ꝛc̄.
His q̄tuor fulgoribus illustrauit regnū francie i-
clytū rex noster: cōsulendo reipublice/eamqꝫ tuen-
do: vt reponatur iure inter eos quos egregi⁹ poe-
ta loquit: quiqꝫ sui memores alios fecere meren-
do. De q̄bus etiam Scipio loquit in somnio suo:
qd̄ a Cicerone in libro de republica inductum est
a Macrobio diligenter expositū: vbi defensores
reipublice ethereas adipiscunt māsiones. Et ita
rex noster habuit gloriā regni secūdi. Denique in q̄
tuor istis virtutibus: vt sunt purgati animi: sumi-
mus quatuor reliquos fulgores serenos ꝛ diuios/
quasi quatuor nouissimas stellas. Et p has deco-
rat/illustrat ꝛ effulget regnū tertiū/regnū chari-
tatis: sm vitā ɔtēplatiuā/eleuatā ꝛ diuinā: ichoa-
tiue q̄dē ꝛ impfecte in hoc seculo: ꝛ in altero felici-
tate cōsūmata. ¶ Radiatio none stelle q̄ ē prudē C
tia purgati animi: facit spūalia sola ꝛ diuina (qua
si nihil aliud sit) cōtemplari: hoc acquirere diffici
limū ꝛ velut impossibile est hominibus occupatis.
Stude (inquit Seneca) bone menti: quā nemo oc
cupatus inuenit: nō dicit habuit/sed inuenit: quo-
niā habita potest in medijs occupationibus con-
seruari: sicut in sancto nostro ꝛ Dauid ꝛ Bernar
do ꝛ alijs ꝛc̄. ¶ Radiatio tēperantie purgati ani-
mi terrenas cupiditates facit non solū reprimere/
sed penitus obliuisci. ¶ Radiatio vndecime stel-
le que est fortitudo purgati animi/facit passiones
ignorare/nō vincere: vt nesciat irasci/cupiat nihil.
¶ Radiatio duodecime stelle/q̄ est iusticia: facit
mentem cum superna ꝛ diuina lege sociari: vt ser-
uet cū ea ppetuū fedus imitando: ꝛ fiat cū eo vnus
spūs. Immo vt Gersō. loquit ad fratres de mon-
te dei: fit spūs id quod deus. i. fit impeccabilis per
gratiā: sicuti ē de⁹ p naturā. Ita enī ex circūstantia
lre iudicat: alioqn errasset exponēdo: ꝛ hec magis
glorie sunt ꝙ vie. Ex hoc duodenario nitore/nōne
regis nostri nomē cōgrua interpretatiōe sonabit
lucis dationē: vt Ludouicus quasi lucis dator no
minet? O q̄nto igitur ꝛ ꝙspectabili decore refulge
bat aīa regis nostri in triplici regno suo: hac coro
na stellarꝫ duodecim radiantiū coronata. Et p cō-
trariū ceca terraqꝫ caligine pene oīa hec regna in
ecclesia sancta dei cōfundunt/obuoluunturqꝫ. Qua
le vero regnū inter ista sit pfectius: nō dubiū quin
regnū tertiū/regnū euangelicū/in titulo subiectio
nis ad charitatē stabilitū. De quo plura dicenda
essent/applicando tum ad ecclesiā ꝛ schisma pre-
sens/tum ad religiosos ꝛ pfectos/tum ad regē no-
strū: ostēdēdo q̄lr regnū scdm regnū. s. politicū ꝛ ci-
uile: huic regno ꝛ sue pfectiōi neq̄ꝙ repugnabat:
imo ꝙ ꝛ iniusti sm illud regnū tertiū/iuste psit sm
alia duo dn̄ari ɔtra fantasiā aliquorꝫ. ¶ Postre-
mo qualis in vtroqꝫ istorꝫ regnorꝫ iurisditio re
gnet: q̄lis pugna/q̄les leges ꝛ alia plima iduci po-
tuerāt: sꝫ nec tpis angustia/nec memoria te timere
passa est: ꝛ ad audiēdū vos fortasse fastiditos icō-
pta/icōcinnataqꝫ plixitas reddidisset. ¶ Hec sūt re D
uerēdi pres fercula pauca i vasis ꝙ borꝫ: cū oīb⁹ q̄
sat⁹ tū iprouiso mīstrare mihi dedit largitor oīm
bonorꝫ de⁹: cui sit grāꝝ actio. Ad quē ɔcludēdo ora
bim⁹ cū eccl̄ia: De⁹ q̄ btm̄ ludouicū ɔfessorē tuuꝫ
de terreno ac tpali regno ad celest⁹ ꝛ terreni regni
gl̄iaꝫ trāstulisti: ei⁹ q̄sum⁹ merit⁹ ꝛ itercessiōib⁹ re
gis regū iesu christi filij tui nos coheredes effici-
as: ꝛ eiusdē regni tribuas eē ɔsortes. Per eūdē ꝛc̄.

Epistola eiusdē doctoris ad quendā: vt celebret festū sancti Joseph virginis cōiugis sancte dei genitricis et virginis Marie. Et pponit tres vias.

Reuerendo patri dño ac magistro p̄clarissimo dño M. parui cātori Carnotensi: et theologie eximio pfessori: Gratia vobis et pax reuerende ac p̄clare pater doctor et dñe. Meminit (vt opinor) vestra deuotio/ quēadmodū pie et clare recordationis magister Henric⁹ Chiquoti cōcanonicus olim et cōpatriarcha vester: motus affectu speciali ad virginale cōiugiū iosepb cū maria postq̄ in vita sua scripserat diserte et sapienter in vno volumine sup hac materia. Postq̄ insup me cū benigne cōtulerat/tandē in vltima q̄ obijt egritudine sanus mente voluit in testamēto suo/loco obitus sui: sicut moris est/ecclesia celeberrima et antiquissima vestra Carnotēsi. vbi canonicus erat et domū habebat q aliq̄ solennis cōmemoratio de p̄dicto iosepb fieret: sciens q laus e⁹/laus Marie est. Volēs p̄terea patronū habere tā potentē: virginē eandē ac iesum filiū suū benedictū suadente Job q̄ ait: Ad aliquē sanctor̄ puertere. Felix planetæ efficax p sui obitus cōmemoratiōe deprecatio: si gloriosus iosepb p impenso sibi honore deuoto p̄ces p defuncto refuderit. Valet eñ mortuis (nouit hoc sapientissima paternitas vestra) seruitiū nedū p mortuis ordinatū: sed aliud quodlibet ecclesiasticū obsequiū: dū adest et fert ad hoc intērio ministror̄. Addidit p̄fatus magister Henric⁹ assignationes aliq̄s reddituū: et inter ceteros vos dilectissimū suū et fidelissimū executorē nolauit. Tandē sentiēs forte q p̄uentus morte nō posset cōmode nouitatē hanc seruitij (put optabat) ordinare: dignatus est opus hoc ad exiguitatis mee qualēcūq̄ dispositionē remittere. Nouerat eñ me iā nō nulla sup hoc edidisse. Recogitaui postmodū/me cūq̄ reuolui talis amici pijssimi deuotionē ad beatū Joseph. Talē insup de paruitate mea cōfidētiā: hoc q̄dē de iure poterat: q̄ longe me senior in studio/tam artiū q̄ theologie: sub me q̄ eū licentiaue ram voluit incipe. Et q: nūc in hoc sacro Cōstañ. concilio fuit assignatus sermo mihi p natiuitate beate virginis. Memor aliquo mō p̄cedētiū: affūpsi thema tale qđ laudib⁹ Marie sic et iosepb esset accōmodū: Jacob aūt genuit iosepb virū marie: de q̄ natus est iesus q̄ vocat christus. Hunc sermonē mittere disposui (q̄ primū dabit opportunitas) ad vos et alios cōcanonicos vestros/dominos meos reuerēdos: cū alijs q̄busdā scriptis cōferentib⁹ ad hāc materiā. Occurrūt tñ q̄dā interim notificāda sūmatim: nesciūs eñ sum q̄d futura pariet dies: et ne valeat oīno indiligentia mea culpari. Voluntas vtiq̄ pij testatoris p̄fati pōt exequi altero triū modor̄. Vnus modus est/sup quo iam epistolam scripsi: et seruitiū qualecūq̄ cōposui/ q die Jouis in aduētu qñ celebrant ieiunia q̄tuor temporum: quando p̄terea die Mercurij p̄cedēte legi celebriter solet in matutinis et in missa hoc euangelium: Missus est gabriel angelus. Fieret similiter decantatio solēnis in matutinis et in missa p̄dicte diei iouis de hoc euangelio: Exurgens autem iosepb a sommo/fecit sicut p̄ceperat ei angelus. Et accepit Mariā coniugē suā: et nō cognoscebat eā donec peperit filiū suū primogenitū: et vocauit nomen eius iesum. Fierent insuper tres lectiones in matutinis de hoc euangelio: cum expositiōe et cū responsorijs tribus ad hoc approp̄atis. Placebat modus iste p̄mo: q: facilis nec turbatiu⁹ in aliquo vel impeditiuus ordinarij seruitij de aduētu: nō magis saltem q̄ solēnizatio euangelij istius Missus est angelus. Deinde reddit⁹ assignati forte tenues essent pro dñis canonicis ac ministris: si fieret onerosior in ecclia cōstitutio. Denique euāgelia hec ordine puenientissimo se p̄sequunt duo que dicta sunt: et tertiū de die veneris: Exurgens aūt maria abijtin montana cū festinatione. Alter modus est q de transitu sancti iosepb fieret festum celebre quēadmodū de altero sanctor̄: et sicut fit in partibus vltramarinis. Quale seruitiū penes me est tanq̄ de vno cōfessore: addita pprietate lectionū et hymnor̄. Et assignat celebritas hec regulariter die octauar̄ purificationis beate marie virginis: nisi forte occurrerit tunc dñica septuagesime aut sexagesime: q: tunc fit anticipatio. Alter modus est cōformis isti: nisi q officiū totū fit propriū: et maltera die hoc fit apud mediolanenses fratres augustinenses. xix. martij. Fit et in multis partibus alemanie: sed nescio si sint oīno similes dies et conformes seruitiū. Animaduertat tandē circūspectissima prudentia et religiosa mens vestra: quid sup p̄missis erit acceptius: vigilanterq̄ det operā vt deuotissima dilecti vestri testatoris voluntas nō frustref: que ecclesie vestre sacratissime ad honorem: vobis aūt omnib⁹ reuerendis patribus dominis ac fratribus in christo dilectissimis obsequenti b⁹ eidē ecclesie cedet ad virtutē/laudē et meritū/anter cedente p vobis hac venerādissima et diuinissima trinitate iesu/iosepb et marie. In qua bene valete. Scriptū Cōstañ. vij. septēbris p̄festo natiuitatis beate Marie. Anno. M. cccc. xvj. Vester ab adolescentia discipulus Joānes cancel. parrh̄ysieñ.

Alia epistola eiusdē cancellarij de eodem.

Ecclesijs vniuersis p̄sertim dedicatis in memoriā beatissime et gliose semper virginis marie. Vnus ex zelatoribus suis indignus: volens diem honorē virginis eiusdē atq̄ iusti iosepb sponsi sui testis ac custodis sui celebrari venerari. Pertrāsibūt plurimi (iuxta vbū Dañ.) et multiplex erit scia. Placuit itaq̄ diuine sapie (q̄ attingit a fine vsq̄ ad finē fortiter: et disponit oīa suauiter) inclinare nouissimis tpib⁹ istis corda multor̄ vt iusti iosepb et marie virginale (sicut Hiero. appellat) cōiugiū esse venerandū solēni cultu ecclesie doceret atq̄ p̄moueret sua deuotio. Mouit eos (sicut arbitror) euangelic⁹ sermo p̄dicās excellenter et crebro p̄rogatiuas: q̄b⁹ enituit ipse iustus io:

seph. Mouit honor ꝛ amor dilissime cōiugis sue/ q̄ eū dn̄m vocabat: sicut de Sara quo ad Abraā dicit apl's. Mouit humanitas atq̈ benignitas saluatoris nostri iesu: q̄ subdit⁹ erat illis. Mouit rursus opatio miracloꝝ: q̄ ad inuocationē ipsi⁹ iusti ioseph deputant in seipsis ꝛ l alijs cōtigisse. Mouit deniq̈ multiplex edificatio moꝝ: quos ex hui⁹ sacratissimi cōiugij religiosa meditatione mens deuota suscipit: ꝛ in ignē copiosum caste deuotiōis exardescit. Nemo ꝓpterea deputet arrogātie/ nemo curiositati/ nemo supstitioni: qb⁹ vijs placent vel noua vel insolita vel apocripha: si beatissimuꝫ iusti ioseph cū maria sibi prius desponsata coniugiū p ecclesias recolendū/ cū hymnis ꝛ canticis p̄dicemus: ꝛ ita p̄dicemus: nō vt apud vulgares incōditosq̈ tumultus ꝓphano quodā ritu diuulget dignissimū nuptialis hui⁹ atq̈ virginalis cōiugij epithalamiū: sicut nec apud hebreos passim legebant Cantica canticoꝝ: satis esse videt/ si apud ecclesiasticos graues/ si in locis deo dedicatis/ si in canticis suaue sonātis ecclesie absq̈ notabili mutatiōe veteris officij celebritas memori cultu fiat.

¶ Et q̄dē officiū misse iā ordinatū habemus: nō ex apocriphis vel dubijs/ sed ex sacre scripture v̾bis: porro celebrationis annue ꝛ matutinalis tempus appareret idoneū. Feria q̄nta q̈tuor tēpoꝝ in aduētu/ qn̄ feria q̈rta p̄cedente solēniter hoc euangeliū: Missus est angel⁹ gabriel decantat. Probabile q̄dē est sine p̄iudicio sentētie verioris/ ꝛ absq̈ assertiōis temeritate: ꝙ solēnizatio cōiugij Ioseph cū maria facta fuerit ꝓxima satis post annūciationē angelicā: qn̄ mariā docuit angel⁹/ dicēs: Et ecce helisabet cognata tua/ ꝛ ipa concepit filiū in senectute sua: inde enī desyderiū visitandi helisabet sibiq̈ ministrādi subortū putat.

P spiritualis illuminat. ❡ Est nihilominus vltra mundum sensibilem/mundus quidam spiritualis perfectior: cuius cognitio non per sensum/sed per spiritum acquiritur. Et hec cognitio dum radiat in spiritu nostro causat diem quandam spiritualem et immaterialem qui adeo clarus est/adeo lucidus et serenus vt ei collatus prior dies non inmerito tenebra dicatur et nox et caligo. Dum igitur aia eleuat se super diem cognitionis sensualis ad hanc cognitionem spiritualem: progredi dicitur quasi aurora consurgens. Sed nunquam absque singulari miraculo potest pro hac vita tantum progredi vt veniat ad perfectam diem atque meridiem/sed expectatur in celis. Salomon igitur videns aiam in contemplatione suspensam et progredientem et illuminatam/admiratur et querit: Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens? Ita commemoratum est ex aliorum dictis quid sit aurora ista in aia rationali iuxta sensum anagogicum. Sed quomodo fiat ista progressio si rogat aliquis a me querere: Respondeo quod nec doctrina humana: nec industria docere sufficiunt: Sola est vnctio que hoc perdoceat: propterea non nihil proficiunt tam doctrina quam industria. Et de hac re multi multa conscripserunt: vt Bonauen. in itinerario suo. Alius in septem itineribus eternitatis. Alius in tractatu cuius initium est: vie sion lugent. Gilbertus in homilia quadam super Cantica: vbi ipse ibidem sic loquitur: Aia que digna habita est progredi hoc modo: quasi aurora consurgens habet istud: eo quod aliquando est pulchra vt luna: aliquando electa vt sol: aliquando terribilis vt castrorum acies ordinata. Cum enim anima pertingere nequeat vt fit aurora talis: nisi supra se leuetur ad diuina et diuina virtute. Ista subleuatio et consurrectio fit aliquando per magnitudinem deuotionis ex intuitu clementie et misericordie dei: que appropriatur spiritui sancto. Aliquando per magnitudinem cognitionis lucide ex speciali influxu sapientie diuine: que appropriatur filio. Aliquando per magnitudinem humiliationis et tremoris sub potentia diuine maiestatis: que appropriatur patri. Prima consurrectio fit tanquam a luna. Nam mare quemadmodum feruescit et eleuat se in se: sicut dicit propheta: mirabiles esse elationes maris: et hoc fit a virtute lune dominantis humoribus. Non aliter aia ex influxu diuine clementie et misericordie affecta: quodammodo in deuotione feruescit: et ebullies leuat se super se. ❡ Incompletus est hic sermo: M

nec est copertum quantum desit: quia exemplar nullum preter imperfectum vnicum repertum est apud sanctum Victo. parrhy.

Fundamentalis responsio per duodecim consyderationes ad quesita reuerendissimi patris ac domini. G. de chalancon episcopi Aniciensis: contra fratricellum quendam preferentem ordines particularium feminarum et laicorum deuotorum: actibus hierarchicis ecclesiasticorum sacerdotum et doctorum peccatorum.

Prima consyderatio.

Ecclesia fundata est a christo nedum stabilissime super firmam petram: sed etiam sapientissime et ordinatissime: quoniam si omnia que sunt a deo/ordinata sunt: secundum apostolum: hoc maxime reperitur in ecclesia: que dicitur ideo terribilis vt castrorum acies ordinata.

Secunda consyderatio.

❡ Ecclesia fundata est in suis ordinibus ad exemplar celestis hierarchie. Propterea dicit Ioan. in Apoc. quod vidit eam descendentem de celo. Moysi quoque preceptum est vt secundum exemplar quod sibi ostensum fuerat in monte faceret omnia.

Tertia consyderatio.

❡ Ecclesia secundum tres actus hierarchicos: qui sunt purgare/illuminare et perficere: continet tres ordines principales. scilicet supremum/infimum et medium. Supremus purgat illuminat et perficit: et non econtra. Infimus purgatur/illuminatur et perficitur: et non econtra. Medius participat in vtroque.

Quarta consyderatio.

❡ Ecclesia consistit principalius in ordine primo et secundo quam in tertio: qui est ordo laicorum/et maxime feminarum: quibus actibus hierarchici nullo modo conueniunt: nec ordines sacri: nec predicatio publica vel solennis: iuxta prohibitionem apostoli.

Quinta consyderatio.

R ¶ Ualor ⁊ dignitas actuū hierarchicoꝝ ī ecclesia principaliter attendit per reductionē corporis mystici seu politici ad corpꝰ christi verū: quod in eucharistia sacramētaliter ꝯtinet: ⁊ quod vsqꝫ in finē seculi permanebit nobiscū: ⁊ ita necesse est ꝙ vsqꝫ in finē seculi sacerdotiū permaneat sicut ⁊ lex ipsi: quia cessante sacerdotio cessaret lex per argumentum apostoli. Unde statim reprobat error asserentiū: quia tpe antichristi lex christiana a deuotꝭ mulieribus ⁊ laicis solum defendet.

Sexta consyderatio.

¶ Ualor actuū hierarchicoꝝ preferēdus est actibus nō hierarchicis: sicut ⁊ ordo primꝰ ⁊ secundꝰ infimo ꝑferunt ꝑ rationē ⁊ autoritatē: ſm deductionē doctoꝝ/ꝑsertim Dionysij in de ecclesiastica ⁊ angelica hierarchica: vnde ꝯtinꝰ elidit error ⁊ temeraria ꝑsumptio asserentiū/ꝙ vita ⁊ ordōnes deuotarū mulieꝝ plus valēt ꝙ̄ multe ordōnes ⁊ misse sacerdotū pctōꝝ. Primo qꝛ preferūt ꝑsonas statibus. Secūdo qꝛ temerarie ⁊ scandalose iudicāt de personis sacerdotū. Deniqꝫ nutriūt quantū in eis est arrogantiā ⁊ presumptionē in mulieribus ⁊ laicis quos laudant ⁊ preferunt.

Septima consyderatio.

¶ Ualor ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ non perdit ex pctis ministrantiū: si ministrant in fide ⁊ intētione ecclesie: sicut est de eis rōnabiliter ꝑsumendū. Cui valori sacramētoꝝ nō est ꝑferēda quouis mō sanctitas vel deuotio simpliciū (maxime mulierū ⁊ laicoꝝ) de infimo gradu ecclesie quibꝰ non cōpetit hmōi sacramentorū ministratio regularis. Unū cōuincit temeraria ⁊ scandalosa assertio/preferentiū actus singulariū personarū actibus hierarchicis sacerdotū: etiam si aliunde fuerint pctōres: qꝛ non inde sacramētoꝝ sctītas violat. Et oppositū dicere est heresis pluries ⁊ expresse dānata.

Octaua consyderatio.

¶ Ualor predicationis autentice: pastoralis. s. et doctrinalis attendit ſm tres actus hierarchicos: qui sunt/purgare/illuminare ⁊ ꝑficere: quoniā solis hierarchicis cōpetit ex officio publica ⁊ pastoralis predicatio: vel cōmissis seu missis ab eisdē: et nullo mō mulieribus/ nec alijs etiā deuotis: si nō
S mittant a deo īmediate vel ab hoīe. Sꝫ nec credēdū est dicēti se missū a deo/nisi māifeste docuerit.

Nona consyderatio.

¶ Assumptio statꝰ ꝑfectionis quāto plꝰ hꝫ difficultatis ⁊ arduitatis: tāto debet statꝰ hmōi cū maiori cautela ⁊ circūspectiōe sapiēter declinari: vel hūiliter cū magno timore ⁊ tremore suscipi. Facit ad hoc parabola christi de volente turrim edificare aut aduersarijs occurrere. Illud in suꝑ Sapiētis: Altiora te ne quesieris: qꝛ etiā displicet deo stulta ⁊ infidelis ꝓmissio. Deniqꝫ non oīs armatura que fortiū est conuenit debilibꝰ. Exemplū de Dauid qui cū armis saul incedere non potuit.

Decima consyderatio.

¶ Assumptio status ꝑfectionis exercēde spectat ad ꝑlatos tā maiores ꝙ̄ minores: quoꝝ statui ꝑnecit ius ⁊ debitū tres actus hierarchicos exercēdi circa subditos: purgādo illos ⁊ ꝑficiendo ꝑ sacramentoꝝ dispensationē cū annexis. Hunc vo statū quō liceat aut nō liceat appetere vel renuere vel retinere non est hic differendū. Satis hic sit dicere ꝙ status iste ꝑferendus est ⁊ honorādus: etiā si personas culpabiles habuerit. Inducēdi quoqꝫ sūt subditi de tertio ordine ꝙ istos colāt: neqꝫ dijudicent neqꝫ diffamēt: facientes oppositū in suis ꝑdicationibus/vel alibi seditiosi sunt ⁊ scādalosi ⁊ cōpescendi: qꝛ nutriunt vitia rebellionū in subditos. Deniqꝫ tolerabilius est ī ecclesia sacerdotes de ordine hierarchico (ꝗuis sint peccatores) habere ꝙ̄ nullos: ⁊ honorare pro statu ⁊ hierarchico actu ꝙ̄ contēnere ꝓ suspecto reatu. Attendant hoc diffamatores prelatoꝝ/maxime curatorum. Sed neqꝫ sunt exemptiones in hmōi status hierarchici preiudicium faciende.

Undecima consyderatio. t

¶ Assumptio status ꝑfectionis acquirēde: ꝗ vocat cōiter status religionis cuiuslibet habētis tria vota essentialia annexa religioni tali vltra generalem regulam christianā: sub vno abbate christo ⁊ vicario suo summo pontifice ꝯtinet in obseruantijs spēalibus et factitijs seu positiuis arbitrarijs multā latitudinē ⁊ varietatē: sub ꝗ̄ stare pōt salꝰ ⁊ et obseruatio regularis de quibꝰ esset vtilis valde declaratio: sed nō est ꝑsentis breuitatis. Sufficiat hic tangere ꝙ nulla est obseruatio seu constitutio regularis suꝑaddita legi christi suꝑ qua nō habeat summꝰ pontifex autoritatē interꝑtandi/variādi vel tollendi vel dispensandi ꝓ circūstantiaꝝ varietatate: sicut ⁊ factū est nominatim in regula fratrū minoꝝ: cui interpretationi ꝗ resistit ꝑtinaciter ⁊ arroganter/dei ordinationi resistit. Et ꝑ consequēs ordinationi sancti Francisci: cuiꝰ nō potuit esse alia ordinatio valida ꝙ̄ a deo vel sub deo.

Duodecima cōsyderatio.

¶ Assumptio ꝑfectionis acquirēde si fieri debeat a quolibet suscipiēte cum magno labore/timore ⁊ tremore (ꝓut notū est ꝯsyderatione nona) Hoc tū T potissime ꝯsyderandū est ⁊ obseruādū in sexu muliebri: qui fragilis/qui seductibilis/ qui varꝰ semper ⁊ mutabilis/ qui ꝓnus ad suꝑstitiones suscipiendas/ ⁊ ꝑtinax ad errores susceptos: ꝑdicat a sanctis ⁊ a ꝑhis: quibꝰ experiētia consonat vniuersa. Sed auget periculū si regularꝭ obseruatio fuerit in quadā solitudine ꝗ̄ a scto Benedicto ⁊ ceteris periculosissima non exercitatis iudicat: si in fame siti ⁊ nuditate supra cōeꝫ modū: si in vigilijs supra modū cerebrū turbantibus: si in summa ponat in ꝓprio ⁊ cōi egestate: maxie si petere nequeūt ꝓ se: qꝛ incluse/⁊ questores vix fideles ⁊ ꝓuidi reperiūtur. Dū ꝑterea refrigescit charitas multoꝝ: ⁊ dādi facultas crebro minuit: ꝓpter quotidianos casus aduersus domesticos et publicos. Rursus si

feminis ille in exercitijs q̄si solis spūalib⁹: ad q̄ vix attingūt viri pfectissimi dedicant: si careāt ipse solidis doctrinis / si doctores pbatissimos nō habuerint: Si voluerint accipe in velamē malicie libertatē spūs. Si curiose voluerint esse semp discētes ⁊ nunꝗ̄ ad sciētiā veritatis puenientes: aut si doceri totaliṫ refugerint. Si nō ante bn̄ pbate fuerint
a in exercitijs pceptoꝝ. Si criminatrices fuerint: vt loquiṫ apls: si se suamꝗ̄ religionē alijs sint pferentes: q̄d non sine arrogantia damnabili fit. Si gaudent laudib⁹ pprijs quasi sint digne habere visiones ⁊ reuelationes a spūsancto: tanꝗ̄ sacerdotes ⁊ doctores (pſertim seculares) indigni sint: quib⁹ credāt: a quibus cōsilia recipiāt: quos reuereanṫ ⁊ honorēt: que subinde suas orōnes pferāt vel preferri gaudeant actib⁹ hierarchicis seculariū: qui sunt / missas celebrare / sacramenta ministrare / predicationib⁹ insistere. Et q2 sepissime visū est vt in multis ꝙ talia reperiunṫ: ne multo deteriora ⁊ abominabiliora loq̄mur: q̄ etiā cogitare pudor est / iudicet prudētia dn̄oꝝ platoꝝ: maxīe summi pōtificis circa tales ⁊ talia q̄d agendū: q2 si in viris religiōes inueniunṫ ita collapse: q̄d expectandū erit de feminis. Deuot⁹ est (fatemur) ⁊ honorādus femine⁹ sexus / sꝫ cū summa discretiōe regēdus. Plane nō sufficiūt ad h̄ frēs girouagi sine lr̄is / sine superiorib⁹ legitimis: questū estimātes pietatē: q̄les notāt scti patres esse deterrimū gen⁹ monachoꝝ.

Articuli qui dicūtur fuisse publice asserti in ciuitate Auiciēsi: Anno. 1428.

Primus articul⁹: ꝙ gnaliter oratio deuote mulieris vel laici ꝙ̄ multe misse pctōris pſbyteri. Hec assertio temeraria est / scādalosa et repudiāda tanꝗ̄ derogās statui ecclesie hierarchico: ac pinde fauēs heretice prauitati. Supbiā insup ⁊ rebellionē in subditis feminis ⁊ laicis generās. Nō obstāte si in aliquo casu particulari ⁊ dabili possit habere veritatē. ¶ Scd̄s: ꝙ vita vni⁹ deuote psone vtilior est ecclesie dei ꝙ̄ pdicatoꝝ inflatoꝝ vel predicantiū verbi diuini pdicatio. Hec assertio sic gnaliter plata falsa est / erronea / temeraria / iniuriosa ⁊ scādalosa / seditionis insup / rebellionis ⁊ inobediētie nutritiua i subditis: ⁊ ecclesiastici ordinis turbatiua: ⁊ ideo talis retractanda.
x ¶ Terti⁹: ꝙ fratrib⁹ minorib⁹ nō licet hr̄e aliquā rē aliquo mō preter cabassum sup collū: Hec assertio reduciṫ ad temerariā ⁊ psumptuosam diiudicationē autoritatis summi pōtificis: q̄ regulā fratrū minoꝝ (sicut de iure potuit ⁊ expediens iudicauit) exposuit. ¶ Quart⁹: ꝙ magni clerici ⁊ doctores tpe antichristi erūt pmo puersi ⁊ seducti ⁊ sui erroris ⁊ secte defensores ⁊ fautores. Iste repētine seu moniales ⁊ simplices psone solum erūt legis christiane defensatrices. Hec assertio ad primā partē temerarie asserta est ⁊ scādalose: ⁊ ex ɔseq̄nti redūdat i heresim manifestā iuncta scd̄a parte: q̄ dat intelligi ꝙ sacerdotiū ⁊ lex christi deficiēt in sacerdotib⁹ / pdicatorib⁹ ⁊ platis. ¶ Quint⁹: ꝙ quidā frater Frāciscus assertor (vt dr̄) illoꝝ articuloꝝ / asseruit se locuturū (cū talia pponeret) a spūscto: adducēs illud: Nō eni vos estis q̄ loquimini. Hec assertio cēsenda est temerarie asserta ⁊ psumptuose / immo ⁊ scādalose: vbi particulares circūstantie se taliter extollēns attēdunṫ. ¶ Postremo sm ɔditiones ⁊ signa pdicti assertoris cū applicatiōe sacroꝝ canonū particulariū sup talib⁹ calib⁹ editoꝝ. Formādus erit pcessus iuridic⁹ / si psona possit apprehēdi: aut si nō / pdicatio seu publica denūciatio pastoral ⁊ doctoral apud eos q̄ pbabiliter scādalizati fuerūt / poterit intimari. Vex est ꝙ mitior mod⁹ pōt obseruari: p publicationē videlꝫ ⁊ assertionē veritatū sub ɔsyderationib⁹ duodecim ɔsyderataꝝ ɔtentariū / q̄ mittunṫ ei / q̄ fulciri poterūt atꝗ̄ dilatari p allegationes dn̄oꝝ iuristarū. ¶ Finis.

Epl'a eiudē ad eundē epm.

y Reuerēdo i christo patri ac dn̄o / dn̄o Guillermo / Auiciēn. domino syncera charitate colēdo. ¶ Poscenti reuerēdissime paternitati vestre rationē de ea q̄ in me ē fide sup quibusdā articulis: Vouit monit⁹ ab aploꝝ principe Petro: simul ⁊ vinculo charitatis ad eplam reuerende paternitatis vr̄e astrict⁹ rn̄dere p schedulā hic insertā: cōformē (vt estimo) deliberationib⁹ illoꝝ quos me presente reuerēdissim⁹ pater dn̄s ⁊ benefactor meus beniuolētissimus dn̄s archiepiscop⁹ Lugdunēn. interrogauit ⁊ audiuit. Suscipiat obsequium istud seruitutis mee: ⁊ placeat in dn̄o cui⁹ res agiṫ / qui purget / illuminet ⁊ pficiat actiones oim christianoꝝ fideliū suoꝝ in viā veritatis ⁊ pacis: qui ⁊ reuerendā paternitatē vestrā ɔseruet feliciter ⁊ lōgeue. Scriptū Lugduni die. xxvij. Februarij. 1428. Vester humilis Joānes cancel. parrhys.

Sermo eiusdem factus feria secūda Pente. Anno. 1403.

Emitte spm̄ tuū ⁊ creabunṫ: ⁊ renouabis faciē terre. Ps. ciij. Spiritū tuum bonū emitte nobis dn̄e de celis sctis tuis / et a sede magnitudinis tue descēdat ipse sup hāc plebē tuā in noīe tuo ɔgregatā: sicut olī loq̄nte petro cecidit ipse spūsctūs sup oēs q̄ audiebāt verbū: quēadmodū hodierna loquiṫ epl'a. Veniat ipse ⁊ recreabunṫ p gratiā: atꝗ̄ renouabiṫ facies ⁊ imago terre nostre: que est ɔsciā nostra. Det ipse nobis q̄ est vita nr̄a vitā diuinā ⁊ nouā. Nobis inquā qui p pctm̄ corruimus: nō solū in senectutē ⁊ egritudinē / sed in mortē ⁊ nihilū: qm̄ stipēdia pctī mors. Et fiunt hoīes nihil cum peccāt: sm Augu. Ad nihilū (inquit pphēta) deduces oīes gētes. i. gētiliter viuētes. Tradunt q̄ppe eleuati metaphysici atꝗ̄ theologi / Dionysius / Ariopagita / Aug⁹ / Gregorius: ⁊ ceteri / ꝙ sicut corp⁹ moriṫ abeūte aīa sic aīa deserente eā spūscto mortē incurrit. Mortē heu nimis infelicē / horribilē ⁊ pauendā. Nō igiṫ

absq; rōne ꝑdicabat ꝓpheta ꝑ verba thematis:
Emitte spm̄ tuū ⁊c̄. Nam ꝑmiserat cōformiter ad
z predictā sententiā: Auferes spm̄ eoꝝ deficiēt ⁊ in
puluerē suū reuertent. Quā creationē ⁊ innouati-
onē vt adipisci valeam⁹ in hoc celeberrimo die (in
die enī bona venim⁹ ad te dn̄e deus noster) cōuer-
temus nos ad matrē vnigeniti dei/ad te virginem
gloriosam sine vetustate pcti: quā viuificauit spūs-
sctūs ab instanti ꝯceptionis. Nā q̄s audeat asserere
te aliqn̄ vixisse vita corꝑali cū morte spūs male-
dicta: q̄ obūbrante spūsctō allatura eras vitā mū-
do. Que ꝑterea in hac celebritate pentecostes/in
hoc iubileo remissionis ⁊ indulgētie: in hoc die la-
te legis olim in tabulis/mō in cordib⁹ illapsum spi
ritūsctm̄ abundātius suscepisti: ad tui corroborati
onē ꝯfirmandā in bono/⁊ ad effluentē elargitionē
ꝓ nobis pauꝑculis parētibus tuis de gēte Adā.
Ad te talē fiducialiter accurrim⁹ ꝓ noue recreati-
onis ꝑ gratiā impetratiōe. Et vt digne loqui vale-
am⁹ de causa hui⁹ magnifice ꝓcessionis gaudiose
rememoret preconiū angelicū: Aue maria grā ple-
na dn̄s tecū. Emitte spm̄ tuū ⁊c̄. O vtinā iuxta al
titudinē materie q̄ tractāda est/⁊ s̄m splendorē hu
ius pulcherrime cōgregationis: datus esset mihi
intellect⁹ ad capiendū: ⁊ lingua diserta ad explicā
dū proprie ⁊ digne gaudiosam nouitatē ⁊ nouellā
iocunditatē: pro q̄ celebrat sacrata hec ꝓcessio su-
per restitutione obediētie dn̄o nostro summo pō-
tifici: per q̄s nos q̄si de nouo recreati sum⁹: vniti ⁊
regenerati cū eo/⁊ ipse nobiscū mēbra cū capite: ⁊
caput ad mēbra nō absq; imissione spūsctī: ita enī
sentire dignū est: ita postulare debuim⁹ per verba
nostri thematis: ea ad h̄ ꝓpositū reducēdo: Emit
te spm̄ tuū ⁊c̄. Sed altius repetētes dicam⁹ vt ince
pim⁹ q̄ aīa nostra talis est nobilitatis excellētie ⁊
dignitatis vt viuere habeat vita spūali ⁊ diuia: vi
a uificāte eā spūscto. Hanc sententiā trapit apl̄s ex
verbis poetarū. In ipso ait viuimus mouemur ⁊
sum⁹. et Statius: Mētes habitare ⁊ pectora gau
det. Quis ḡ negauerit aīam nostrā ex hac afflata
viuificatione effici totā pulchrā ⁊ nouellā decore
q; splēdore radiantē? Ita q̄dē longe āplius q̄ cor
pus ex ꝑsentia aīe. Et ex aduerso aīa turpis reddi-
tur feda ⁊ horribilis plus cadauere sanioso: dū ab
ea spūssctūs abscedit. Tollerabili⁹ inq̄t Anselm⁹
⁊c̄. Ex his cognoscit excellēs dignitas hoīs sup
bestias dū bene vixerit: ⁊ ei⁹ infelix calamitas ꝓpē
dit dū ꝑuersis morib⁹ dānabilē mortē vltra pecu-
des incurrit. Deducūt h̄ Boetius in suo de ꝯsola
tiōe. ⁊ Bern̄. sup Cātica. Propterea rursus corꝑa
btōꝝ sicut ꝑclarissima sunt ⁊ decora iuxta pulchri
tudinē aīaꝝ ea viuificantiū: ita in dānatis corꝑib⁹
turpitudo horrida deformis ⁊ cadauerosa comitat
aīaꝝ feditatē. Nos ergo si timem⁹ ⁊ expauescimus
mortē corꝑalē (ad nudū quippe nomē eius ꝯtremi
scim⁹) quāto studio mortē spūs refugere ⁊ exhor-
rescere oportebat? Quāobrē exclamem⁹ cū ꝓphe
ta humili deuotiōe: Emitte spm̄ ⁊c̄. ¶ Sed que-
reret aliq̄s de hac vita quō ꝯquirit? et habita quo
pacto custodit? Respondem⁹ q̄ ad eā disponit de-
uota humiliatio ꝑ orationē. Eam ꝟo custodit de-
uita cōnexio ꝑ vnionē. In signū primi erant apl̄i
orantes. Nā orantib⁹ apl̄is deū venire nūciat. In
signū secūdi ipsi erant cōcordes charitate pariter
q; in eodē loco. Deducamus hec duo tanq̄ duas
sermonis nostri partes: tum ꝓ nostra instructio-
ne/tum ꝓ insinuatiōe: cur nūerosus populo susq;
ꝯuentus iste vocatus est ex institutiōe regis ⁊ ꝑlati
mādato. Postq̄ itaq; spūs mal⁹ tradidit nos ad
mortē per pctm̄ mortale. Nullū supest efficacius
antidotū q̄ disponere se rursus ad vitā ꝑ humili- B
tatē orationēq; deuotā. Deus quippe humilibus
dat gratiā. Sup quē inq̄t/requiescet spūs me⁹: nisi
sup humilē ⁊ quietū et trementē sermones meos.
Et Bernard⁹: In veritate cōperi nihil ita efficax
ad gratiā dei recuperandā/inueniendā ⁊ seruādā:
q̄ si inueniaris nō altū sapere. Fiat igit nūc oratio
nostra talis ad spm̄sctm̄: O suauis ⁊ benigne spūs
ꝓtector certissime ⁊ ꝯsolator desolatoꝝ: pater pau-
ꝑū/tutor orphanoꝝ/lumē cordiū/director erran-
tium/succursor fidelissim⁹ obsessoꝝ/solus ⁊ verus
amicus in necessitatibus: ⁊ adiutor in opportuni-
tatibus/in tribulatione. Nunc corā oculis miseri
cordie tue ⁊ in ꝓspectu tremēde maiestatis tue adi-
mus thronū gratie tue/vt vitā ⁊ misericordiā inue-
niamus ⁊ viuam⁹. Repelle quesum⁹ a nobis mul
tiplicē mortē nostrā ꝑ septemplicē vitā donoꝝ tuo-
rū: accedat spūs timoris dn̄i: qui nequā spiritū su-
perbie penit⁹ eijciat: spūs pietatis malignā inui-
diā: spūs scientie irā ⁊ insaniā: spūs fortitudinis
acediam languidā interimat: deniq; ꝑ spm̄ intelle
ctus gula ebriat ⁊ per spm̄ sapientie luxuria: q̄ non
sapit ea que dei sunt ꝓcul expellat: vt gustato spi
ritu desipiat oīs caro. Sic recedente morte pecca
ti adueniat vita gratie: ⁊ renouabit vt aquile iuuē-
tus nostra/vt viuētes laudem⁹ te et glorificem⁹ in
secula. Ueni rursus o suauis ⁊ benigne spūs: et re-
crea spiritualē mundū in nobis: sicut septē diebus
mundū corporalē instituisti. Dic primitus vt fiat
lux cognitionis ⁊ fidei: ⁊ fiet ad dissipandum tene
bras q̄ sunt sup faciem abyssi. i. aīe nostre teterri
me: fiat deinde firmamentū bone volūtatis quod
diuidat aquas ab aquis. i. affectiones supiores et
spūales a carnalibus ⁊ infimis. Dic ꝑterea vt ger
minet terra ꝯscientie nostre/q̄ inanis est et vacua:
⁊ ferat plantas oīs generis virtuosarū inclina-
tionū: ⁊ herbam virentē cum florib⁹ varijs sancta
rū affectionū: ⁊ fructus bonoꝝ operum s̄m genus
suū ¶ Porro fiant luminaria magna in suo celo: C
Charitas ibi radicet vt sol/fides vt luna/spes vt
lucifer: cetere v̄tutes vt stelle: beatitudines vt pla
nete. Producātur insuper volitantes auicule: que
sunt sancta desyderia alis contēplationū sublima
ta ⁊ suspensa. Reformet dehinc aīa ad imaginē ⁊
similitudinē bn̄dictissime trinitatis: vt tandē qui-
escat ab omni ope actuoso: ⁊ dicat cū ꝓpheta: In
pace in idipsum dormiā ⁊ requiescā. Ista sunt vo
ta nostra: he ꝑces hūiles ad deū nostrū: dū petim⁹
tota deuotione: Emitte spm̄ tuū et creabunt: ⁊ re-
nouabis faciē terre ⁊c̄. ¶ Poterat hec materia
nostre orōnis ⁊ humiliationis ad deū lōgius tra-
hi ⁊ ꝓfundius inuestigari. Nam ⁊ tēpus preteri ab

Helifeo suscitati q osculauit septies: et viuificatio
ossium aridoꝝ flante spiritu: ꝛ suscitationes moꝛ
tuoꝝ: quas scriptura commemorat, prebebat multa
nobis loquendi materia. Sed reuocat nos ad sui
elocutione nouitas q processionis huic celeberrime
causam dedit: qua innouationis explicatione sub
triplici ꝯsyderatione comprehendo.

Prima consyderatio.

¶ Precipua ꝛ si no vnica dispositio i corpe mysti
co eccle ad suscipienda in suis mebris pfecta vita,
est humiliatio sub deo p oroне vera ꝛ deuota: ppter
ea duratio schismat' ia ferme quinqꝫ lustr': nram
ostendit supbia nondu sat' humiliata, alioqn no despe
xisset deus humiles sperantes in se. Ecce aut pestiferu
schismatis malu qd velut insanabil' cacer ecclesia
depascit, egresatqꝫ medendo. Frustra tentata sunt
humana remedia: qsi iuxta ppheticam maledictione
perierit ꝯsiliu a sapientibus. Nonne g equu dicere erat
cu Josaphat. ij. Paralip. xx. Cu ignoramus qd age
re debeamus: h solu habemus residui vt oculos nros
ad te dirigamus. Q, si qs opposuerit pcessiones ꝛ
orones frequenter factas extitisse p ecclesiam. Ego
vos iudices statuo, si sufficiens aderat humilitas inte
riorqꝫ deuotio: q in moꝝ correctione consistit: qꝫ
multas orones dignas p nonnullos pcessisse no am
bigam, postulantes cu eccla ꝛ ppheta: Emitte spiri
tum ꝛ creabunt': ꝛ renouabis facie terre. Et rursus.
Fiat pax i virtute tua: ꝛ abundantia ꝛc. Quas exau
diens ex alto deus innouatione quandam bone spei ꝯtu
lit ad vniuersale integritate pacis assequendam.

Secunda consyderatio.

¶ Si dns nr papa positus in schola tribulationis,
sufficienter didicit lectione humilitatis, mansuetudis
ꝛ benignitatis: vt misericors fieret cu christo: pter
ea in angustijs suis vndiqꝫ cor eius fuit fiducia ha
bens in dno cu illa fideli susanna: deus absqꝫ dubita
tione eripiet eu ꝛ glorificabit eu: no tm mo p se, sꝫ ꝛ
p ecclesia: nisi forsitan subditoꝝ pctа nimis obsti
terint. Cosyderatio ista firmissimo stabilit' funda
mento diuine pmissionis. Cu ipso sum (inqt) in tri
bulatione: eripiam eu ꝛ glorificabo eu. Et ptꝫ dedu
ctio ex pmissis. Na humilez spu suscipiet gloria. Et
q se humiliat, exaltabit' etiam in psenti. Nihil qppe
arduu ꝛ magnificu voluit facere deus nisi p bene hu
miliatos. Videte martyres q fundauerut ecclesia
sanguine suo. Et qd est martyribus caput nouu: no
ne christu oportuit pati: ꝛ ita intrare in gloria sua?
Videmus (inqt apls) iesum ppter passione gloria ꝛ
honore coronatu. Et ad Phil'. ij. Christus factus est
ꝛc. ppter qd deus exaltauit illu ꝛc. Ita quicuqꝫ hu
miliauerit se sub potenti manu dei: in tribulatione
capiens ex vexatione intellectu: ille ꝯstituit' in salua
guardia regis excelsi: ꝛ in franchisia firmissimi ha
bitaculi qd optatus est dns: hꝫ altissimu refugiu,
ptegiturqꝫ i abscondito tempestatis. Propterea nul
lus ꝯtra tale pot pualere hostilis insultus. Na qual'
erit virtus ꝯtra dnm? q prudentia? qle ꝯsiliu? Joseph
innocente humiliauit deus: ipsum quoqꝫ humile pse
cuti sunt fres sui odio capitali. ¶ Sed qd aliud
E fecerut psequendo qꝫ exaltatione eius: ita vt inde sal

uator vocaret'? Quantis insup psecutionibus attritus
est dauid p Saul, ne regnaret: ꝛ regnauit tn ipso p
secutore deiecto: q magnus esse cepat i oculis suis.
Innumera supperut exempla ad hanc rem: qua euen
tus etiam psens corroborat. Qualis quantave fuerit
humiliatio exterior dni nostri pape: cognoscunt oes
qui dicta ꝛ gesta circa eu p quattuor annos attende
runt: nec recitatione mesta opus est nostram interrupi
letitiam. Aspeximus post octo dies sepenuero: ꝛ nunc
in quantam repente sublimatus est exaltatione coram
olm oculis: ita vt subiungere valeat illam sibi. ij. Es
dre. vij. particulam: qua precedit thema sumptu a
reuerendo patre ꝛ preceptore meo dno Cameracen
pridie in ecclesia parrhysien. Et bndictus inquit
deus patru nostroꝝ q dedit hanc voluntate in cor
regis clarificare domu sua que est hierusale. Se
quit': Et me honorificauit in ꝯspectu regis ꝛ ꝯsilio
ru ꝛ amicoꝝ eius ꝛ purpuratoꝝ. Una exaltatione ꝛ
omnium exultatione letabunda: vtina datu fuisset
dno nostro oculis palam attendere ꝛ notare. Nonne
dixisset cu maria: Magnificat aia mea dnm. Et
exultauit spus meus in deo salutari meo. Quia fe
cit mihi magna qui potens est. Et iteru: humiliatus
sum ꝛ liberauit me. Et rursum ad deu: Scdm mul
titudine doloꝝ meoꝝ in corde meo: cosolationes
tue letificauerut anima mea. Denique mihi videor
recte affirmare, qꝫ ipse regnu ꝛ incolas abundanti
us gestaret in visceribus scte charitatis deinceps
ꝛ iugiter. Innotescit quippe inter cetera nostroꝝ
gaudioꝝ signa qꝫ altis suspirijs et lenis (vt ita lo
quar) lachrymis innouatio nostra ad deu et ipsius
ad nos p noua obedientie vnione ad psens p vos
audit': du ad hoc ppositu traduco verbu passim
ptu: Emitte spm tuu ꝛ creabunt': ꝛ renouabis faci
em terre. ¶ At forte dicet aliqs minus instructus: F
Tu laudando dnm nostru simul eu vituperas; qui
pias cu in schola humiliationis misericordia ꝛ hu
militate didicisse: qsi videlꝫ antea talibus ipse esset
orbatus virtutibus. Sed rnsio in promptu est. Pmo
qr nemo repente fit summus. Et nullus ita sctus est
qn bene sctificet' adhuc. Preterea nullus arbitror
indignabit' si ipsi bto Petro ꝛ pphete Helie: ꝛ si
milibus ego eu no pposuero: quos tn tribulatos fu
isse vt humiliarent' celebris e historia. Petrus vt
ex casu pprio addisceret instruere alios in spu le
nitatis. Helias qr de pprijs virtutibus ꝯfidens intu
muerat: ꝛ se solu relictu ex dei cultoribus arbitraba
tur: profugus a facie mulieris aufugit. Quid si aliq
talis inflata cogitatio subrepserat apud dnm no
stru ex prioni virtutu exercitio: quasi solus vnione
dare posset ꝛ dignus esset ecclesie: aut aliq sibis va
nitat' illusio: qua ambitio subtile malu ꝛ dominan
tibus insidiosissimu secu afferre solita est: qs scit si
aliqn dixerit in abundantia sua, no mouebor in eter
nu. Et tande expertus sit illud qd sequit': Auertisti fa G
cie tua a me: ꝛ factus sum ꝯturbatus. Hec aut auer
sio ad psens accipi pot tribulationis inuersio: ex
qua humiliatus resurrexit fortior instar fabulosi an
thei, prout sperare ꝯuenit: ipse quoqꝫ ecclesiastice
vnioni faciende magis idoneus redditus est: tanqꝫ
yita, vnione ꝛ virtute sancti spus magis adimpletus.

Tertia consyderatio.

¶ Attenta hūiliatione dn̄i nostri/q̄ ex suis obla-
tionib⁹ ōr agnosci. Rex cū suo regno rōnabiliter
sunt reuniti: et q̄si noīter recreati i obediētia ei⁹.
Hec ꝯsyderatio q̄ꝗ sequał ex ꝑcedenti/eā nihilo-
min⁹ latiori ꝓsecutione deducamus: attēdētes in
primis ꝙ nō frustra orauit hacten⁹ ecclesia verba
nostri thematis: Emitte ⁊c̄. Et illud in prosa: Ue
ni sancte spiritus: ⁊ emitte celitus lucis tue radiū.
Emittat itaqꝫ spūssctūs radios sue claritatis ⁊ sui
luminis: qð signatū est sup nos: lumē. s. rōnis ad
ostendendū nobis bona. Qui radij licet innūera-
biles sint: duodecim enūerasse suffecerit/ex tripli-
G ci virtute scti spūs ꝓfluētes. Est nāqꝫ spūssctūs spi
ritus amoris ⁊ vnitatis. Est spūs iusticie ⁊ verita-
tis. Est spiritus decoris ⁊ honestatis. Notanł hec
Sap. vij. vbi ipse describił vnus ⁊ multiplex. Ex
hac triplici virtute quā adaptare fas est ad tria ap
propriata in diuis/tertiā patri: secūdā filio: primā
spiritui scto. Ergo in ꝯsyderatiōe mea quadriperti
tos radios supnos ⁊ decoros enūerare conspicis.
Ad q̄d'. nimirū ꝓ clarificatiōe dom⁹ francie: q̄ est
hierlm illa quā vidit Joānes nouā descēdentē de
celo. Conuertamus ḡ oculos nostre rōcinationis
ad trinā hāc virtutē: et intuebimur quatuor rōnū
radios ꝓfluere ab amore ⁊ vnitate: totidem a iusti
cia ⁊ veritate: ⁊ totidē a decore ⁊ honestate/ꝑpter
quos illuminati sum⁹ videre renouationē ⁊ recrea
tionē quandā sup nos ⁊ in nobis: quā quesiuim⁹ ⁊
orauim⁹: Emitte spm̄ tuū ⁊ creabunł ⁊c̄. ¶ Pri-
mus radius ꝑspicacis rōnis ondit vnitatē mutuā
hui⁹ obediētie totius inter se: q̄ alioq̄n diuisa ma-
neret. Hoc autē erat necessariū primū tentēdo cū
alijs ad vniuersalē vnionē. Nā quo pacto cōcor-
dassemus alios nobiscū ⁊ nos cū eis si in ꝑpetua
discordia versati fuissem⁹. Cōueniet nulli q̄ secū
dissidet ipse. Pro hac re induci possent historie cō-
memorate a Ualerio maxio. li. iiij. ca. vij. De his
qui vt ꝓdessent reipublice/priuatas inimicitias ⁊
discordias deposuerūt. Facit etiā ꝙ discordia in
his q̄ sunt ad religionē dissoluit e facili ꝯcordiam
in ciuili politia/ad tēporalitatē. Quia igił hoc re
gnū cū alijs hui⁹ obediētie confederatū est tēpo-
raliter: ipsum nō oportuit ab alijs in spūalib⁹ dis
sidere. Alterā vnionē manifestat scðs radius: q̄
est vnio regnicolarū francie inter se: quā paruipē
dere nō ꝯuenit: cū dicat Juli⁹ cesar: Orbē vniuer
sum nō posse resistere totius gallie ꝯsensui. Hanc
vnionē esse firmiorē videt qui attendūt. Tertia
vnitas ab altero radio ꝓdił. Et hec ē inter dn̄os
hui⁹ regni adinuicē: quoꝝ diuisio ꝙ pestifera est
nemo nescit/tam ꝓ se q̄ pro subditis. Pro quo ꝓ
dest reminisci regis illius de quo videł meminisse
H Macrobius in saturnalib⁹. Hic rex habens filiū
sibi odiosum: et hac dissensione sentiēs subditos
ꝓniores ad rebellionē ⁊ seditionē ꝯcitandā: cōuo
cata ꝯtione retulit se in gratiā cū filio rediisse. Ita
qꝫ tres dn̄i duces nostri si cū rege ⁊ mutuo vniti ꝑ
manēt: sunt funicul⁹ triplex q̄ difficile rūpił. Nec
ignorare decet illud Salustij: Cōcordia parue res
crescūt/discordie maxie dilabunł. Per quartū
radiū vnio spēalis inter ecclesiasticos ostendił: vt
puta studiorū cū studijs: vniuersitatū cū vniuersi-
tatib⁹: ecclesiarū cū ecclesijs. Sciūt experti qualis iā
dissensio plus q̄ ciuilis irrūpebat velut inter guel
fos ⁊ gibelinos: alijs dicētib⁹: ego sum benedicti:
alijs ego sum subtractionis ¶ Et (qð deteri⁹ erat)
iā errores ⁊ hereses caput extollebāt: q̄s si exerci-
cere ꝑmissum fuisset: robur eternū ipsi schismati
ꝯtulissent. Quinetiā status infelix ecclesie in quos
anfract⁹ inextricabiles incidisset: si dn̄m nostꝝ ad
recōciliationē mutuā sui cū cardinalib⁹ decedere
ex hac vita ꝯtigisset. Uidēt qui vidēt an ꝓpheric⁹
sermo verificat⁹ esset: pcutiā pastorē ⁊ dispergenł
oues gregis ⁊c̄. Nūc ꝟo amplius ⁊ si forte nō penī
tus clarificata sunt oīa: deductaqꝫ ē ad effectū no-
stra orō: Emitte ⁊c̄. ¶ Uoluam⁹ intuitū ad alios
q̄tuor radios descēdētes a iusticia ⁊ veritate. Pri-
mus radi⁹ fugat inobediētiā: que q̄ terra ⁊ nequā
est dathā ⁊ abiron absorpti docuerūt. Si ḡ dn̄s nł
ponat se in debito suo in facto vnionis ecclesie et
papalis officij: aduertite periculū si nō obstāte
subtractiōe ꝑtenta ⁊ causis ei⁹/noua restitutio nūc
nō esset subsecuta. Qualiter aūt ponat se i debito
suo: ego ad regē refero/⁊ eius ꝯsiliū q̄ suas oblati
ones habuerūt/examinauerūt/acceptauerūt. Ab
altero radio dissipał caliginosa opinio quorūdā:
dicentiū nos ideo subtraxisse ꝑus/vt ad obedien-
tiā patris alteri⁹ migrasse possem⁹ honesti⁹. Aliā
nō minus tenebrosam estimationē destruit tertius I
radius q̄ dn̄m nostrū fingebat nunq̄ fuisse rite ele
ctū. Et has assertiones temerarias inualescere ho-
nor regis ⁊ regni: iusticia quoqꝫ ⁊ veritas tolerare
diutius nō debebāt. Porro radius quartus fecit
euanescere obscurissimā nubē/imo ꝓfundissimā
abyssum collustrauit: dum quorūdā erat assertio ⁊
vocibus ⁊ scriptis: ꝙ suis culpis dn̄s nł ꝑdiderat
ius in papatu: neqꝫ ei vnq̄ salua cōscia obedientie
nouitas poterat exhiberi. ¶ Quarta ꝟo tenebro
sitas caliginosa inundasset abysso si in eā dimergi
ꝯtigisset: cogitare stupor est. Bn̄dict⁹ deus q̄ nos
pertransire fecit abyssum hāc intolerabilē: ⁊ duxit
innouationē alterā: de qua postulauim⁹/dicētes:
Emitte spm̄ tuū ⁊c̄. ¶ Postremo oculis nr̄e cōsy-
derationis obijciunł quatuor radij honorabiles
⁊ sereni/emicātes a decore ⁊ honestate. Prim⁹ si-
quidē honor est hūiles suscipe atqꝫ ꝓtegere. Quis
ḡ humilē dn̄m suū nō benigne tractauerit: si dura
rn̄sio eiusdē dn̄i displicuit vsqꝫ ad recessum ab eo:
mollis ecōtra rn̄sio nōne multo leui⁹ placere de-
buit ad regressum: sicut ⁊ vere placuit q̄rtā subita
tanqꝫ ꝑ oēs restitutio palā dedit intelligi. Adduci
poterat hoc loco dictū Uirgilij ascriptū romānis
Parcere subiectis ⁊ debellare supbos: ⁊ q̄dā alia
que ꝓpter scientes omittim⁹. Preterea honor et
virtus nō infima/subijcere se rationi ita/vt varia-
tis rebus/dū ratio suadet/iudicia immutari: homo
nō inueniał ceruicosus: inuitēs (nolitqꝫ reuerti) ꝓ
prie snīe. Nā et spūssctūs suasibilł est: quos implet
suasibiles efficit. Et nihil intolerabilius est in re
publica furore eoꝝ q̄ habēt zelū nō s̄m scientiā: q̄

qd semel ɔceperint in aīa/imutabiliter exequi conanť. Quales ab Aristo. vocanť immāsiui i opinionibus: tales ab alio quodā experto eremita scribunť esse sibiipsis ꝛ alijs diaboli: nec indigere diabolo alio tētante. Deniqꝫ maledict⁹ furor taliū: qꝛ ptinax: ꝛ emulatio/qꝛ dira. Cū e diuerso sapientis sit mutare ɔsiliū: circūstantijs imutatis: immo nō mutať ɔsiliū/sed pficiť: qꝛ finē attingit veloci⁹/quē K admodū christ⁹ nō venit legē soluere/sed adimplere: cū tamen multa in aliā formā mutauerit. Huic Terēti⁹: Nunqꝫ ita quisqꝫ bene subducta rōne ad vitaꝫ fuit: quin res/etas/vsus/semp aliqd apportet noui: aliqd moueat/vt illa q̄ te scire credas/nescias: ꝛ q̄ tibi putaris prima/in experiēdo repudies. Hac regē ꝛ regnū obstinatione carere pspicuū facit noua hec restitutio. Ceterū collucere tertiū radium ab honestate video: in quo collucere fas est ꝙ puro aīo ꝛ absqꝫ odij cuiuscūqꝫ nubecula rex cū suo regno subtractionē effecerat. Nā si ex odio vel alia intentione puersa ɔtra dnm nostrū subtractio emersisset: nihil erat cur nō eedē cause nūc manerent ꝛ in eadem subtractione stare cōpellerent. Quartus radius ad extremū dilucide perspicueqꝫ demōstrat qꝫ forti viriliqꝫ zelo rex cū suis ad vnionē in ecclesia habendā hactenus pcesserint: quin ipsi etiā vsqꝫ ad cedendū iusticie sue eandē quesiuerūt vnionē. Et iam nihil in eis stat/nihilqꝫ in dno nostro/quominus habeať: immo cedente altero mortuo/vel eiecto: pax est i ianuis nisi ab alijs obstinatione violēta depellať: qd si fecerint/ipsi viderint de se: nos aīas nostras liberauerimus. Quin etiā initia magna iacta sunt pro spe reformationis in ecclesia taꝫ vniuersali qꝫ particulari in gallia ex puisionibus ꝛ pmissionib⁹ dicti dni nostri nūc obtentis. Precessit ḡ medicina quedā fortis et velut corrosiua in ipsa subtractione. Nūc suauior adhibenda erat in noua restitutione: vt diceremus ex sententia verbū pphete pmissum: quasi iā exauditi ex parte: Emitte spm tuū ꝛ creabunť ꝛc. ¶ Concordantiā premissoꝝ realē ꝛ historicā habem⁹ Hester viij. de sublimatiōe Mardochei ꝛ ɔfusiōe Aman. Noua lux (inquit textus) oriri visa est: honor ꝛ tripudiū ꝛc. Noteť totus pgressus historie a pfun A de speculātibus. ¶ Postqꝫ in prima parte sermonis locuti sumus de humilitate/que est dispositio certissima ꝛ necessaria ad vitā spūssancti obtinēda vel in vna singulari psona/vel in tota ecclesia. Et hac occasione descendimus ad innouationē gaudiosam: quā hec humilitatis virt⁹ a dno nostro pgrediēs in mēbra deriuauit. Dicamus sub cōpendio p secūda parte quēadmodū hec vita spūssancti ɔseruať a mutua mēbroꝝ colligatiōe ꝛ debita vnitate: nec longe abeundū est. Hanc veritatē sensus edocet. Diuidātur membra corporis veri a se vł a capite: mortē inde sequi quis nesciat? Nec ob aliud abhorret natura vacuum/nec resistit minus sue diuisioni qꝫ morti: ꝓm deductionem Boecij. Non secus debet intelligi in corpe mystico. Sine cui⁹ ampliori deductione tres assumo breuissimas ɔsyderationes rei quā agimus accomodas:

Prima consyderatio.

¶ Expedit vt indulgētia ꝛ venia vtrinqꝫ ɔcedať sup ante actus. Alioquin cū natura humana auida sit honoris ꝛ ipatiens sue inglorificationis/si vn⁹ alteri obiectaret cū exprobratione: tu tenuisti talē opinionē/immo tu talē. Palā est aduertere ꝙ vnitas seruatiua dissolueret ex facili: ꝛ ex ɔsequēti vita spūalis cuius ipsa est seruatiua nō staret. Ergo recedāt vetera/noua sint oīa. Et cogitemus malorū esse iram post inimicitias meminisse. Pensem⁹ insup fieri posse vt in diuersis sentētijs ꝛ opinionibus charitatis vnitas remaneat: dūmodo recta sit intētio a passionib⁹ aliena. Patuit in Paulo/in Barnaba/imo in ipsis sanctis angelis: ꝓm opinionē probabilē super Danielē. Deniqꝫ nō attendamus qui aut qualiter ceciderimus. Sed qua rōne emergamus diuionēqꝫ ab oībus desyderatā ꝛ quesitā cōsequamur: que vnitas/quāto studio psequi debeat: ostendere debēt/tum ratio/tum exēpla patrū nostroꝝ/imo ꝛ historie gentiliū: qualis est illa ꝙ semiramis babylonica pectens crines/dū seditionē audisset esse in ciuitate sua/exiuit vt erat laxis capillis p dimidio: nec eos composuit/donec seditio pariter in pace composita sedareť.

Secunda consyderatio.

¶ Si verā querimus adinuicē pacē ꝛ amicitiam/nos vt cuꝫ spūsctō viui simus necesse est. Ista est non solū theologica/sed philosophica ɔsyderatio que dicit amicitiā non nisi inter bonos esse posse: quoniā non est pax impijs dicit dns.

Tertia consyderatio.

¶ A pace quā spūssanctus in nos veniēs afflare ꝛ influere parat⁹ est: cetera pax oīs ꝛ vnitas deriuatur. Hec ɔsyderatio sequiť ex precedēti. Sed ani- M mos quorundā min⁹ instructorū mouere possent quedā dubitationes ad hāc rem: iuxta tres huius celebritatis partes. Prima questio: Spūssanct⁹ cū sit vbiqꝫ per potentiā/essentiā et presentiā: quo intellectu diciť qnqꝫ absens ab aīa: qnqꝫ ipsi presens ꝛ eā viuificans. Respondeť ꝙ hoc diciť propter effectus noue cognitionis ꝛ amoris. Exēplū familiare ad hoc adduciť de hoīe: qui diciť redire ad se dū sui recordať ꝛc. Secūda questio: Utralis psentia spūssancti in nobis quib⁹ signis agnosciť ꝛ si certitudo inde possit haberi. Respondeť ꝙ certitudo moralis bene habeť: non simplex ꝛ absoluta nisi p reuelationē. Tria sunt signa ꝓm mysteriū hodiernū: Timor dei ex sono: Libēs sermo de corde: Et opatio efficax per ignē significata. Tertia questio: Spūssanctus quare diciť plus viuificare alaꝫ ꝛ vnire qꝫ pater vel filius? Respondeť ꝙ ipse est nexus patris ꝛ filij: pcedit p modū volūtatis ꝛc. Alie questiones sunt de pcessione spūssancti a patre ꝛ filio ꝛ de errore atqꝫ schismate grecorū. Itē ꝛ de effectib⁹ spūssancti et signis hodierna celebritate ostensis sup aplos in linguis varijs/in sono vehementi/in cognitione oīs veritatis/in ɔstantia mirabili: in hoc ꝙ ab alijs ipsi reputabanť insani: et q̄ erat causa. Et ita de similib⁹ multis q̄ aliū locū requirūt ꝛ tēpus prolixius. ¶ Que oīa dimittentes postulem⁹ in fine vnde exordiū cepim⁹: Emit-

te piritũ tuũ ꝛc. in ꝓsenti ꝑ gratiã/in futuro ꝑ glo-
riã. Quod ꝛc. ¶ Notandũ ꝙ in recõmendatione
solita post sermonẽ quedã narrata sunt sup mãsue
tudine dñi nostri ꝛ indulgẽtijs quas faciebat etiaꝫ
capitalib⁹ inimicis: ꝛ q̃dã alia de rege ꝛ dño Del-
phino ad ꝓpositũ materie/q̃ hic inserere ꝑtermisi:

A ## Schedula regimis eiusdẽ

de Gersone directa cuidã incluso i mõte valeriãi.

Joãnes cancellarius indignus ec-
clesie parrhysiensis Antonio reclu
so in monte vallis: fructũ eremico
le solitudinis adipisci. Zeli mei fer
uentis erga salutẽ tuã testimonia
plurima suscepisti: tum collocutione mutua: tũ lite
ris quib⁹ sollicitudinẽ meã trepidã animaduerte-
re potuisti/ ne forsan ambulares in via q̃ tibi vide
ret recta: ꝛ nouissima eius ducerẽt ad mortẽ. Hoc
autẽ erat si ambulares in magnis ꝛ mirabilibus
supra te/ ꝓpria duce opinione duce pessima: inni-
tendo baculo arundineo ꝓprie prudentie: clausis
quoq; oculis et aurib⁹ ad alienũ cuiusq; consiliũ.
Non enĩ dubitabã si taliter ambulares quin veni
ret tibi pes superbie: manus pctõris moueret te:
ꝛ caderes vbi ceciderũt omnes q̃ operant̃ iniqui-
tatẽ. O malũ superbie pedem esse sapientẽ in ocu
lis suis: ꝛ corã se ipso prudentẽ. Recedit quippe
deus ab oĩ arrogãte/et humilib⁹ dat gratiã. Sed
que arrogantia maior/que supbia periculosior q̃
reputare se solũ bene sape in causa sua. Ubi toti-
ens fallit̃ humana fragilitas: vel amore ceco/ vel
latenti ambitione: vel alia hmõi diabolica illusio
ne: que mille modis insidians ꝛ laqueos innũera
biles ante gradientis pedes iaciens: non aliter q̃
humilitate superat̃. Est autẽ humilitas in ala du
plex: alia in volũtate: alia in intellectu seu ratione
vtraq; difficilis obtineri. Sed meo iudicio plus
est difficultatis in scđa: q2 nihil insidiat̃ dolosius
neq; blandit̃ fallacius/neq; subintrat/impercepti
bilius/neq; fugatur operosius q̃ reputatio ꝓprij
iudicij i causa sua. Estimat enĩ nullos alios ea sin
gula perspicere que circũspicere se etiã experimẽ-
taliter arbitratur ꝛ dicit sibiipsi: Nemo nouit que
sunt hoĩs nisi spiritus hoĩs qui in ipso est: ꝛ simi-
lia multa in q̃ inueniẽda solers est humana ꝓsum-
ptio diabolicis machinationibus agitata. Olim
de te talia nõ mediocriter extimescebã: scis ipse.
Nũc deo ꝓpicio (cui gratias ago i veritate) i spem
meliorẽ respirare audeo pluries nimirũ ꝛ a pluri-
bus ꝛ sub litera tua ꝓpria testimoniũ nuꝑ habui:
D te humiliatũ vsq; adeo vt omnẽ sensum ꝓpriũ ꝛ
omne iudiciũ tuũ longe proieceris: ꝛ supposuisti
illud iudicio ꝑlati tui seu illoꝝ quibus cõmittere/
aut cõmisisse placuerit/bene est. In hoc sta/fecisti
de necessitate virtutẽ. In hoc humilitatis funda
mẽto te iugiter ꝯsolida. Fige pedẽ/ inde ne moue
aris: ne subito corruas. Sit ista mens assidua tibi
sit ista animi ꝑparatio: vt nunq̃ vl' minimo dissen
tias (si cognoueris) a sententia/a iudicio/ab arbi-
trio/a ꝯsilio eius cui te dedisti ꝛ dare debuisti: pre
latum tuũ loquor. Esto sub eo velut lutũ molle in
manib⁹ rotantis figuli: aut ferrũ cãdens flexibile
sub malleo fabri/dicẽs cum ꝓpheta: Paratũ cor
meũ: paratũ cor meũ. Etiã si te penit⁹ eijcere de lo
co tuo decreuerit/nihil diiudices aut tibi reserues:
neq; ꝑ aduersa ꝛ varia ꝯsilia vagabũdus oberres.
Hoc tantũmodo pete a dño: vt ꝑ eius mediũ vias
tuas dirigat: nec eundem aut alios sibi cõmissos
falli ꝑmittat in tuo regimine. Ita enĩ humiliatus
incedes sub alterius iugo. Et nihilomin⁹ imple-
bis illud ꝓpheticũ: Iacta cogitatũ tuum in dño:
ꝛ ipse te enutriet. Et q̃uis introitus tuus ad locũ
illũ/nunq̃ mihi satis discrete susceptus appare-
rit/causas legisti: multa tñ tolerant̃ iam facta q̃ dis
plicuissent faciẽda. Uertat oĩa in bonũ deus: ꝛ ita
vertet/si nõ in supbia in altero pede ale in volũta-
te. s. aut in intellectu tibi met obstiteris. ¶ Bene
vale mei memor in orõnibus tuis: ꝛ schedulã ꝛ re
giminis tui quã presentib⁹ inclusi susceptã adim-
plẽre satage. Et qđ interpretandũ fuerit aut eluci
dandũ per literas interrogare fas habebis.

Schedula regimis iclusa.

¶ Sit ante oĩa singulare studiũ tuũ circa obser-
uationẽ mandatoꝝ dei: que oẽs obligant: ꝛ quorũ
transgressio mortẽ operat̃. ¶ Item nullũ votũ et P.
nulla obseruatio teneat̃ in ꝑiudiciũ aut impedimẽ
tũ obseruationis hmõi legis christi. ¶ Itẽ si ab-
stinentia tua sic moderata ꝙ nec sit onerosa pure
mẽtis eleuationi ꝑ nimiã ingurgitationẽ ꝛ repleti
onẽ: nec sit destructiua corporis: ꝛ impeditiua de-
biti vsus rationis ꝑ excessiuã abstinẽtiã/debilitã-
tem ꝛ euacuantẽ cerebrũ: ꝛ q̃nq; melancolias insa
nas operantẽ: quia hec abstinẽtia indiscreta tãto
periculosior esset quãto ad sanationẽ minus redu
ci posset/si semel rationẽ euerterit. Idẽ dicimus de
somno/de vestimẽto/de cubili/ ꝛ alijs recreationi
bus ad carnẽ spectantibus: imo ꝛ describẽdo ꝛ de
ipsis lachrymis/pro quãto redũdat in fatigationẽ
corpis. ¶ Item de ꝑteritis votis nullũ habeas
scrupulũ/qđ te obliget ad abstinentiã duriorez q̃
ferre possis cũ debito vsu rõnis. Nam cũ diuina
autoritate accedit autoritas expressa ꝑlati tui dñi
parrhysiẽ. que talia oĩa vel relaxat/vel de eis dis-
pensat si vbi ꝛ quãdo in tue salutis cederẽt detri-
mentũ modis dictis. Propterea mox vt ꝑceperis
ieiunia tua in pane et aqua vel alia: te notabiliter
grauare in turbationẽ rõnis tue: illa statim vel re
laxa vel tẽpera. Et in hoc poteris insequi non solũ
tuũ/sed tibi seruientiũ iudiciũ. Itẽ non multũ re-
fert si quodcũq; appositum tibi fuerit comederis:
seruata institutione gñali ecclesie: ꝛ tẽperãtia mo-
derata/qualiter expssa est. ¶ Itẽ stude quantũ po
teris solitudini mẽtis ab omĩ cura tꝑaliũ ꝛ hoĩm
terrenorum. Nec ingeras mẽti tue curas supfluas
sub ꝑtentu saluatiõis alioꝝ: qm̃ ista cogitatio tol-
leret oẽm sollicitudinẽ tuã: ꝛ faciliter ꝑcipitaret in
abyssum supbie: ꝛ cõsequẽter apostasie. Oẽm idcir
co talẽ cogitationẽ ꝯfestim vt insidiatricẽ pessimã
expellito/quacũq; tunica boni apparẽtis fuerit in
uestita. Constitue teipsum q̃si solus esses in mũdo
ad saluãdũ te; quousq; forsan ex alia vocatiõe icu-

buerit tibi onus iſtud. Dic interim tibi ꝛ cogitationibꝰ tuis: Qui iudicat alios ꝛ gubernat/dñs eſt/ potēs eſt ꝛ bonꝰ ad ſaluandū eos ſine me. Mihi hoc vnū ꝑ eis agere relictū eſt: ꝑ eiſdē exorare/ flere ꝛ ꝯpati. ❡ Itē nulli aut pauciſſimis ꝛ rariſſime ſcribas niſi ꝑ neceſſitate tue inſtructiōis ꝟ fide. Similr paucis loq̄re/ neq3 oī hora. Et plus ab alijs q̄re inſtructionē/ ꝙ eos velis edocere: ſꝑ in ſpū humilitatis/ nihil de altis q̄ſtiōibꝰ aut caſibꝰ difficilibus. Neq3 de ꝑdicatiōibꝰ ꝛ ꝯfeſſiōnibꝰ ꝛc quōlibȝ intromittēs/ ſed indigētes cū beneuolētia ad prudētiores remittito. Eis quoq3 ſecuriꝰ aliq̄s ſcptū legere poteris/ ꝙ aliq̄d de tuo in mediū adducere.
❡ Itē ꝑ tollēdo acediā ꝛ euagationē mētis/ ꝛ ſubleuādo faſtidiū. Compa tibi mutuo vel aliunde libros ſctōꝝ morales/ in q̄bus crebro ſtudeas: hoc mō nō eris ſolus/ dū cū mortuis aut abſentibꝰ ſine ꝑiculo ꝯfabulaberis. Relegēs ſīa ſcp̄ta/ vt ſūt moralia Gregorij/ Codices regulariū inſtitutionū btī Bn̄dicti/ Auguſtini/ Caſſiani/ ꝛ alioꝝ: Sermones inſuꝑ Bernardi ſuꝑ Cātica: ꝛ ſīīa ſctōꝝ opuſcula. Itē habeas omni tp̄e ſuſpectas q̄ſcūq3 viſiones inſolitas/ diurnas vel nocturnas: ꝛ illas imputa vel leſioni capitis/ vel certe demeritis et pctīs tuis. Similr dicimꝰ de ſpūalibus ſentimētis ꝛ dulcedinibꝰ: niſi clare ſentiant ad humiliationē ꝛ ꝯtemptū tue vilitatis inducere. Nam impoſſibile eſt hoīem ſibi placentē in talibꝰ/ deo placere ꝑfecte. Tunc q̄ppe dimiſſo deo ſponſo aīe/ ipſe cum ſuis delectatiōibus fornicat. ❡ Item nunq̄ deinceps aſtrinxeris te voto aliquo nouo ſine ſuꝑioris tui licētia ſpeali: neq3 etiā abſq3 eadē licentia ꝑ quorūcūq3 alioꝝ ꝯſiliū/ modū tuū viuēdi in hac recluſiōe tibi ꝑſtitū trāſgreſſus fueris/ maxīe apiendo cellam tuā cuicūq3: niſi caſus neceſſitatis q̄ legem nō habet/ emergeret. Memēto te eſſe beſtiā/ feram ꝛ indomitā q̄ tali recluſione indigeas: quē carcerē ſi ſponte cuiq̄ aperueris/ tibi facis viā ad tui ꝛ alioꝝ ꝑniciē. Erit tamen clauis taliter collocata/ ꝙ ſatis in ꝓmptu poſſit haberi ꝓpter caſus tue neceſſitatis poſſibiles euenire.
❡ Explicit ſecunda ſchedula regiminis. N. eremite a dño Cācellario ꝯpilata.

Sequūtur quedam

alia a dño Gerſon edita.

